



SEARCHED INDEXED
SERIALIZED FILED
MAR 19 1964
FBI - MEMPHIS

Case No.	A
Sub No.	18
Date	
Page	220



28 v. 125





Philip de la

M. de la

M. de la

James M. Smith
1840

James M. Smith
1840

Año 1592. R. 1592/15



DE FEBRIVM

DIFFERENTIIS, E ARVM

q. causis, signis, medela: tam in vni-
uersali quam in particulari, ex
antiquiora & iunioru: tam
grægorum tu arabu
authoritate.

PER DOCTOREM PETRUM MER-

cado: dum medicinæ cathedram in vniuersi-
tate Granatæ publice profiteretur: eius-
dem authoris scholijs.

AD ILLVSTRISSIMVM ET REVERENDIS-

simum Dominum D. Ioan. Mendez a Salua terra, Ar-
chiepiscopum Granatensem.


Apud inclitam Granatam, in a di-
bus Antonij Nebrisi
senis.

CVM PRIVILEGIO.

Tassado por los Señores del Consejo de
su Magestad, en *tres* *meses* *el* *pliego*



1887 20 1887



YO Christoual de Leon Secretario del Consejo de su Magestad, doy fec que auendo se visto por los Señores del, vn libro de Medicina, intitulado de Febriū Differentijs, que compuso el Doctor Pedro de Mercado, veziño de la ciudad de Granada: e hizo imprimir con licencia de los dichos Señores: tassaron cada pliego de los del dicho libro en papel, y sin encuadernar, a tres marauedis. Y mandaron que no se pueda vender ni venda, sin que primero se imprima en la primera hoja de cada vno de los dichos libros, este testimonio de tasa. Y porque dello cōste, de mādamiento de los dichos Señores del Cōsejo de su Magestad. E de pedimiento de la parte del dicho Doctor Mercado, di esta fec. En Madrid a veynte dias del mes de Agosto, de mil e quinientos y ochenta y tres años.

Christoual
de Leon.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and difficult to decipher due to the quality of the scan and the angle of the page. It appears to contain several lines of text, possibly a list or a set of instructions.

Handwritten text, possibly a signature or a date, located in the lower center of the page.





O R quanto por parte de vos el Doctor Pedro de Mercado, vezino dela ciudad de Granada, nos fue hecha relacion, diziendo que con mucho trabajo y estudio, auades compuesto vn libro de medicina, intitulado de februm differentijs. El qual era muy vtil y preuechoso para el biē y salud corporal: y para el remedio de muchas enfermedades, suplicando nos atēto el mucho trabajo y estudio q̄ en cōponer el dicho libro auades tenido, vos mandasemos dar licēcia y facultad pa poder imprimir el dicho libro y preuilegio; pa q̄ por tiēpo de diez años nūguna persona lo pudiese imprimir ni vender, sino fuesedes vos, o quien vuestro poder ouiese, en estos nuestros reynos ni traerlos de fuera de ellos, o como la nuestra merced fue se. Lo qual visto por los de nuestro consejo, y como en el dicho libro se hizo la diligencia que la prematica aora nueuamente hecha dispone: fue acordado que deuamos mādar dar esta nra cedula. Por la qual vos damos licēcia y facultad a vos el dicho doctor mercado, o a quie vro poder ouiere, pa que por tiēpo de diez años primeros siguiētes q̄ se cuentē desde el dia dela fecha de esta mi cedula en adelante, y no otra persona alguna pueda imprimir y vender el dicho libro en estos nros reynos, so pena q̄ la persona o personas q̄ sin tener vro poder lo imprimierē o vdiēren, o hizierē imprimir, o traxerē de fuera parte impresso, pierdā la impressiō, y los moldes y aparejos cō q̄ lo hizieron, e incurran mas cada vno dēllos en pena d̄ treinta mil mrs, la tercia pte pa la psona q̄ lo acusare, y la otra tercia pte pa nra camara y fisco, y la otra tercia pte pa el juez q̄ lo sentēciare. Cō tātō q̄ todas vezes q̄ durāte el dicho termino lo hizierdes imprimir, despues d̄ impresso lo traygays atasar a nro consejo, y corregirlo con el original q̄ enel presentastes, que van rubricadas las hojas, y firmado al fin de el, de Christoval de León nro escriuano de camara, de los q̄ residē en el nuestro

consejo. E no lo podays vender en otra manera: sopena de caer è incurrir en las penas contéidas en las leyes y prematikas de nuestros reynos. Y mādamos a los del nuestro consejo presidentes e oydores de las nuestras audiencias, alcaldes, alguaziles, de la nra casa y corte: y a todos los corregidores, asistentes, gouernadores, alcaldes, alguaziles, y otras qualesquier justicias de estos nuestros reynos, que es guarden y cumplan, y hagan guardar y cumplir esta nuestra cedula, y contra lo en ella contenido, no pasien en tiempo alguno, ni por alguna manera. Fecha en Eluas, a ocho dias del mes de Enero, de mil y quinientos y ochéta y vn años.

YO EL REY.

Por mandado de su magestad.

Antonio de Erasso.

Decreto de el Licenciado Ruy Garcia, por comission de los señores del consejo real, sobre la utilidad de este libro.

VI este libro con mucha consideracion y cuydado: y cierto es digno de ser impresso, por ser prouechoso para nuestra arte.

El Licenciado
Ruy Garcia.

REVL-

REVERENDISSIMO AC PRINCIPILLVSTRIS

fimo, pauperum refugio, Domino D. Ianni Mendez a Salua

terra Granatae Archiepiscopo, doctor Petrus

Mercedo medicus.

Handwritten notes in a smaller script, partially obscured and difficult to read.



ET AC tanta sunt tua in me Princeps Illu-
 strissime, & vigilantissima pastor merita, ut
 te solum esse putem, cui mearum literarum
 fructus progressusq; referendos, par & con-
 sentaneum esse contenderim. Me namq; quan-
 tum auctoritas tua permisi sit, amplissimis do-
 ctis & in Apollinea facultate muneribus orna-
 tis, quod maxime esse duxi, in domesticam
 familiam emigraui, & arguissime mensa tua
 consuetudinem admissum inuitasti. Unde si
 quid dignitatis, siquid honoris, siquid existit
 mationis, siquid fidei, in urbe tanta apud ciues, magistratus, & iudices, con-
 sequutum esse Granata videt, mo in me animo propenso omnes ascribunt. Neq;
 que id iniuria credere in animum suum, qui serio & vere sapiunt, induxerunt.
 Quippe qui non solum familiam per nobilem curandam sed salutem etiam tuam
 commisisti: que non leues cause admodum illustres regni viros ut se tibi sanan-
 dos tradderent, impulerunt. Hinc factum est, ut labores, vigilias, lucubrationesq; que
 meas non nisi tibi princeps Illustrissime dicandas existimauerim. Atque librum huc
 a medico cui Regio consilio commissum fuit, probatum & rigida censura vtilem
 nostre facultati iudicatum: permissu Philippi catholici inuictissimiq; typis excu-
 dendum Domino meo omni literarum genere ornatisimo optimo iure dedicarem.
 Quare princeps Illustrissime pauperum hospitium, non opus sed auctoris mentem
 probans, non inuitus accipias, ut post hac ad alias atque alias, boxarum literas
 rum vigilias, tuus hic natura minister, se bonis auspiciis erigat feliciter.
 Quod si feceris, ut spero, & me, & genus, & artem Apols
 lineam nobiliorum efficies.

ADCANDIDVM

lectorem.



VIDEBAM medicinæ pelagus lector candi-
de adeo magnum ac in accessibile, nauigan-
tium percurrentium q̄; ipsum plures naufragi-
um facere, quam portum attingere: salutē
q̄; humani generis ob eius longitudinē peri-
clitari. Videbam q̄; Galenum cui vera fides,
vera q̄; huius scientiæ methodus debetur, tanta seculorum
diuturnitate propter eius in comprehensibilem lectionem
obliuioni traditum, & quasi sepultum, hoc nostro seculo
iam veluti à mortuis resurgentem. Tot Græcos quorum vo-
lumina nomina q̄; perierant, simul resurgētes, paulū, actiū,
Oriasium, Alexandrum Trallianum, veluti Galeni simias
ipsum ad compendium reducentes, tanta scribendi similitu-
dine, vt eadem omnes ex Galeno verba transtulerint: ex
eodem q̄; Galeni fonte æqualia vasa impleuerint. Adeo vt,
ita superfluum tibi videatur, vno lecto alium legere, ac si vas
aliquod ex aliquo fonte clara pura q̄; aqua plenum, sparsa
ipsa, iterum ex eodē fonte impleatur. Quod si aliquid noui
Galeni dictis addiderint, quod parū est, nisi itinere lōgo las-
satus, totoq̄; corpore fatigatus nemo inueniet. Cū etiā vide-
bā rot arabes, Auicena, inquā, Rasiū, Auerroū, Auézoarem,
Haliabatē, Isaac, Serapionē: Quib9 remediōrū suauitas & se-
curitas debetur: viros & si barbaros prudētes tñ, bonorū ex-
perimētōrū sollicitos, græcorūq̄; rignosas medelas corrigē-
tes: non solum obliuioni traditos, sed derisissos. Videbā ma-
ximam modernorum cateruam arabes sequentium, omni-
no iam veluti delinquentes ab academijs exterminatos,
gentilem, Iacobum de partibus, Iacobum de forliuio, vgo-
nem senensem, Nicolū Florentinum: quibus scholarum di-
sputationes ac quæstionū elucidationes committebantur.

Alios

Alios plures ex hac arabum classe solum curationi vacantes,
 quibus etiam erat cura, gratos cum arabibus conciliare. Ex
 grecorum classe moderatos plures adeo graecizantes in so-
 la quae grecorum verba iurantes, ut nihil erodant, et si vtile
 manifestum quae sit, quod apud arabes reperiat. Quibus nil aliud
 debetur, quam medicinae scientiam illa vilitate privare, eam
 de qua dividere, et si apud omnes eadem sit, eiusque graues autho-
 res (quos si in aliquo differre apparenter, conciliare debuif-
 sent) in discordes factas partire, ac in diuersa certamina op-
 ponere. Humani generis salutem in praelio ponentes, tan-
 ta imprudentia inconstantiaque, ut hic arabes occiderent, il-
 lic autem libros eorum euoluentes, suisque futuram graeca pelle-
 rentes, tanquam suos venderet. Quis hoc bellum intro-
 duxit? nonne arabes sicut graeci hippocratis Galeni quae dicta
 veluti leges ac sanctiones obseruant, grecorumque interpre-
 tes et discipuli esse desiderant? nonne admirabile ingenio-
 samque eorum doctrinam millies exclamant, admiratur quae?
 nunquid alia semina, aut alterius agro quam Galeni seminant?
 aut aliam terram aratro euoluunt? Quos igitur mordent
 amicos? quos eodem Galeno persequuntur, eos qui Galenum reue-
 renter sectantur? Quos ex terminat, quos parum post rogent ut
 reuertantur? Si enim medicinae theoriā necesse habeas, ne-
 cesse etiam est ut arabes aperias: siue vocibus in gymnasijs eam
 conferas, siue scripturis eam mandes. Si vero praxim pro a-
 licuius morbi medela, necesse est arabes antiquos euoluas,
 si correctis securis quae auxilijs curare desideras. Neque hoc
 est grecos parui pendere, aut eos arabibus subijcere: Imo
 indignum putarem, arabes grecis comparare. Galeno
 namque coronam sine certamine damus, Auicenam tamen
 ceteros que arabes finite rogo, tanquam Galeni discipu-
 los ipsum interpretari. Non enim ut galenum extollatis, quic-
 quam proderit Arabes adeo graues sepelire. Non possum

non

non dulectatō graues expectos q̄ medicos diuersis mundi
plagis potissimis obreperatos, tot librorū volumina antide
caipadeo p̄ficua, vtilibz locis derelicta: ne igitur omne quod
arabum tēpore in medicina agro fuit elaboratum, cultam
q̄; euanesceret, ac artis lōgitudini, p̄lixitati q̄; succurrere de
siderās, antiquos omnes, tā græcos quā arabes euoluens, re
soluēs q̄; libz hunc defectū differētijs medela q̄; cōpone
re titauit. Omnia quæ ab omnibz diuersis libris locis q̄; diffu
se tractatur, ad cōpōndū redigēs, græcorum sentētiās ara
bum interpretatiōnibus explicādo, arabum etiam defectus
græcorum sentētijs supp̄lendo, corrigēdo q̄;. Et quæ incom
parabili labore & studio inexplicabili per infinitos pene li
brorum locos venari oporteret, breui resolutione ordine
q̄; annexa relatai. Neq; aliqua ex græcis arabibus q̄; sentē
tiæ pro febribus quibz utunq; cognoscēdis, distinguendis,
curādisq̄; desiderari possunt, quæ hic non reperiātur. Quas
vt suis locis connexas scriberē, superfluasq̄; resocare, longa
satis fuit terenda viascho lia q̄; maximo necessaria, non mi
nori labore subamxi. Quod omnibus credo morbis succur
re. Cū febris adeo vulgariter per omnes grassetur, vt omnis
morbus aut in essentia febris sit, aut illi necessario su
peruenire accidere q̄; febris debet.

CIV M Galeni operum diuersi extent typi diuersis capiti
bus e columnisq; procedēs: vt vulgatos græcisq; exem
platibus cōsonantes magis, eos qui basilæ elegi. Qui cum
duplici capitum numero designentur, numerum hispanum
sequi. Et idē numerus intelligēdus in scholijs: quāuis altero
quia breuiori scribatur. Primū. c. caput secundū. c. columnā
designat. In super ne authorum nominaloca q̄; sæpissime
relata, libri hui9 sentētiās interrumpent, ad latus ea posui
per alphabeti litteras, autores eorūq; decreta distinguens.

DE FEBRIBVS IN VNI- VERSALI TRACTA- TVS PRIMVS.

DE FEBRIVM ESSENTIA. CAPYT. I.



FEBREM antiqui quādoq; vocarunt æstū,
 quādoq; vocarunt ignem. ^b Quandoq; vero,
 conuersionem caliditatis innatæ in igneam
 naturam. ^c Est enim febris, calor præternatu-
 ram ex profundo emergens, acris & mordax,
 vitalem firmitatem cordis et arteriarum ledens: ad quem in
 æqualitas quædam, & inordinatus motus pulsibus accidit,
 iuxta ipsam febris speciem. ^d Extraneo enim calore ad cor
 accedente, naturalis egreditur à temperamento: cumq; ip-
 se per totius corporis mēbra spargitur, vt eis vitam tribuat,
 necesse est, vt membra in æadem qualitate præternaturam
 eum recipiant. Vnde membra calefacit, vrit, generatq; toti
 corpori distemperiem, actioni naturali subito nocentem,
 & cum naturalem dicimus actionem, intelligendum est ci-
 bum appetere, dormire, sedere, ambulare: & si opera natu-
 ræ impediatur, non tamē destruit: alias periret homo. ^e Fitque
 ex calore febrili, & præcedenti naturali vnus calor. Idem
 enim calor naturalis mutatus in qualitate operandi præter-
 naturam, fit febrilis. Et cum subiectum eius propinquū sit
 cor, impossibile est non retinere naturæ vim: in quantum
 ergo est naturalis, concoquit, & sanat, & in quantum febrili-
 lis & præternaturam, coctionem impedit, comburit, occi-
 dit. ^f Qui vt febrem constituat vltimari debet, & esse in ter-
 mino suæ productionis, & non in via, sicut caliditas iræ, &
 laboris cum non vltimatur: quæ nullatenus febris dicenda

^a Gal. aph. 7. 13.
^b Hip. Gal. 3. epi di. com. 1. tr. 5
^c Gal. ph. 1. 16.
^d Acti. teir. 2. 5. I. c. 7.
^e Ifaac. 1. febr. part. I. c. 3.
^f Auerr. 3. col. c. 3.
 A est.

est. ^g Cum enim febris morbus sit, necesse est affectum esse præter naturam, actiones ledentem: affectus autem non in ipso verti, alterari, mutari ve, generationē habet, sed in mutato & alterato esse, cum permanentia. ^h Quamvis enim sapientes febres infientes & factas diuidant, non est, quia siēs permanentiam non habeant: sed quia eam non habent in habitu, & independenter, sicuti febres hecticæ suam permanentiam habent. ⁱ Febris autem affectus cordis est, quia cum febris natiui caloris sit mutatio, natiuus autē calor existat in corde, febrem in corde sedē habere necesse est. ^k Calor enim hepatis extraneus toti corpori communicatus, febris non erit, nisi cordi insit, & a corde toti corpori communicetur: est enim cor veluti corporis focus. ^l Quod si aliquis instaret, æque bene per venas ad hepar, & per nervos ad cerebri calori extraneū posse imprimi, sicuti per arterias ad cor. Respondendū, cor naturaliter calidius & siccius esse hepate, & cerebro, arteriæ etiā calidiores & sicciores sunt nervis & venis: vnde necesse est, vt calor extraneus, in eas & cor citius imprimatur, propter similitudinem & similitudinē quam cum eis habet: ignis enim citius in lignis siccis quam in viridibus incenditur. ^m Et si de febre proprijs, & ad æquatis terminis loquamur, nulla tenus calor præter naturam dicitur: sed distemperies per calorem: cū enim febris sit morbus, & morbus ad aliquid sit, necesse est febrem ad aliquid esse. ⁿ Ex intemperie enim qualitatum primarū primæ agnitudines fiunt, ex quibus exiit febris, quoties calor præternaturam in corde extiterit. ^o Quamvis tamen febris essentialiter nocua sit, accidentaliter aliquando iuvat: nam dolorem hypochōdriorum (qui non est propter inflammationem: seu vel propter obstructionem aut flatum, aut propter contrariam in æqualem intemperie) sanat febris: quædam incidendo, alia extenuando ac dissolvendo, alia vero ad temperatū æqualitatem trahendo. ^p Febrilis etiam calor huiusmodi

meres

mores pituitosos resoluit, spiritus flatuosos extenuando &
 calefaciendo. ^q Quartana etiam febris epilepsiam fieri pro-
 hibet, & factam soluit: per rigorem enim concutiendo, hu-
 morem excernit: experientia enim visum est, morbos co-
 munitales à quartana longa fuisse discussos. ^r Et eadem febris
 quartana melancholicos à melancholia liberat. ^f Et incurā
 da obesitate, sicut in reducendo hominē talem ad bonum
 corporis habitū, febris iuuat, si medicus recte omnia faciat. ^t
 Iuuat etiā febris in morbis qui ex frigidityte fiūt, siue frigi-
 didas illa sola sit, siue cū humorib9 frigidis pituitosis, vel mix-
 ta sit flatuosis spiritibus. ^v Et febris post raucedines & graue
 dines veniens, firmiter & certius resoluit, vt nō iterū facile re-
 uertatur: etiam si aliquid erroris commissum sit. ^v Conuul-
 siones ex repletionē febris sanat, partim superfluam resol-
 uendo humiditatem, partim calefactione frigiditatem ex-
 tirpando: quæ sunt medicorum intentiones in conuulsioni-
 bus curandis. ^y In dolore etiam hepatis obflatuosum spiritū,
 febris superueniens dolorem soluit, spiritus flatuosos resol-
 uendo. Et in paralesi febris paralyticis superueniēs, iuuat. ^z
 In apoplexia etiam & omnibus neruosis affectibus, qui ex
 pituitosis & frigidis humoribus fiunt, febris superueniens
 non modico est iuuamento: vt quæ calefaciat, incidat, ex-
 tenuet, atq; resoluat spiritus flatuosos & pituitosos humo-
 res. ^a Et non solum iuuat febris eas superueniēs, verum lice-
 bit ipsam medicinis calefacientibus prouocare, sicuti cum
 confectioe anacardina. ^b Vnde diuidēs quidam morbos,
 alios ab igne contingere, alios verò à rore asserit: morbos
 q; à rore ignem curare, morbos ab igne curare rorem. ^c

Hip. & Gale.
 apho. 6. 51.
 Ga. aph. 5. 70
 Auic. f. I. 4. t.
 2. c. 61.
 Ga. I. 4. met. c.
 15. in fi.
 Gale. apho. 6.
 44. x
 Hip. Ga. 6. epi.
 com. 3. t. c. 10.
 Gal. apho. 4.
 57.
 Auic. I. 4. 3. tra.
 3. c. 5. et. 2. 3. c.
 4.
 Gal. 2. prorr.
 tx. 50. & aph.
 6. 51.
 Raf. 9. al. c. 7.
 Arist. I. prob.
 58.

SCHOLIA.

Febriē iā conuersionē dicit Galenus caliditatis in naturā in
 igneā naturā, vt aphorism. I. apho. 16, iā verò cōuersione

A 2 fieri

feri caliditatis innatæ in igneam naturam, aphorismorū 1. apho. 14. dicens, ob innati caloris conuersionem in igneam naturam accenditur febris. Et hæc est veritas & verus Galeni sensus. Conuersio enim motum dicit, febris vero res permanens est. Est enim affectus, qui neq; inuerti, neq; in alterari, mutari ve generationē habet, sed in mutato & alterato esse. Vt asserit Galenus, lib. de symptomatum differentijs. c. 1. Auicena .c. delipyria quodam facili argumento impulsus, vltimis verbis definitionis febris, illis blicet in totum corpus, addit, nisi calor extraneus impediatur: innuens in febre lipyria & alijs vbi extrema frigent, extrema nō febrire. Oppositum tamen placet gentili: immo quod & si extrema frigida sint, febrientia dicantur. Calor enim febrilis ad mensuram naturalis debet mensurari: cum enim de calore naturali paucū habeant, nimirum quod paucum etiam habentia de calore febrili, frigescant. Quod experiri licet, in illis qui per resolutionem moriuntur ex intensa febre: quādo enim morti appropinquant, extrema frigent, & anhelitus frigidus est: & nihilominus ad mensuram remississimi caloris naturalis qui in eis restat, febrilis etiam restabit. Nisi enim per totum corpus caliditas præter naturam extendatur, febris non est. Vt asserit Galenus, libro de causis morborum, cap. 2 & confirmatur. Quia cum febris affectus cordis sit, eius q; calorem innatū extraneās, omnia autem membra vitam à corde recipiant, necesse est dum viuunt, calorē ab ipso emanantem, febrilem recipere. Quod Aristoteles confirmat problematum. 1. problem. 20. dicens febrem totius corporis calorem esse superātem. Propter quod febris molestior morbus est, eius q; consideratio dignior. Vt asserit Isaac, libro febriū parte. 1. c. 3. Quia omnes fere alij morbi vni tantum mēbro appropriantur, febris autem morbus toti corpori communis est, & totum corpus per eam intus & extra patitur nocumētum. Dignissimam etiam asserit Ce!

DEFEB. IN VNIVER. TRACT. PRI. 13

ſus conſiderationem februm, libr. 3. de medicina. c. 3. Quia totius corporis affectus eſt, & maxime vulgare genus morbi. Quamuis rarius febrem prouocari cōſulat in paraleſi, & multi cum eo, multi eam verentur. Quia non eſt eius arbitrij eam remouere, cuius eſt prouocare, vt Michael Saonarola aſſerit: ſi tamen in aliquo tempore eſt prouocanda, prout colligitur à Gentili ſuper Auicena. f. 2. 3. ca. 4. Eſt cum materia iam eſt diminuta: ſi enim ſuper multam repletionē febris prouocaretur, poſſet ex febre maximum periculum ſequi: propter eliquationem & rarefactionem humorum. Cui ad hæret Ioannes Matheus de Gradi, in nono ad Almanſorem: aſſerens febrem eſſe prouocandam, ad reſolutionem reliquiarum quæ remanſerunt, & precipue quando paraleſis fuerit quaſi vniuerſalis: neq; cum re forti prouocetur, ne inducatur febris putrida: ſed cum re quæ ſpiritus tantum inflammet, nec humores multum moueat. Propter quod fugiendum eſt, ne cum vino prouocetur: ſed fiat inundio circa nucham cum confectione anacardina, & aliquid etiam ex ipſa propiætur ad quantitatem fabæ. Rarius tamen drach. duas concedit. Quā cōfectionē Serapio. c. de paraleſi, dicit poſſe dari prægnanti paralitice: & Nicolaus tractatu. 3. ſermo. 3. c. 6. Aſſerit mirabili experientia paraliticam prægnantem cum hac confectione ſanari.

DE FEBRIVM DIFFERENTIIS. CAP. II.

QUAMVIS febris omnis omnes tres ſubſtantias corpus humanum conſtituentes, ſimul comprehendat, mēbra ſcilicet, humores, & ſpiritus, propter earū vniōnem: ſi tamen calor accenſione prima in membris accendatur, heclicam febrem conſtituit: ſi vero accenſione prima accendatur in humoribus, & inde in membris humora-

lem: & si accensione prima accendatur in spiritibus, ac inde in membris, febrem cōstituit ephimeram. Quæ differentia ex febris subiecto capiuntur.^a In ephimera enim calor febrilis ab spiritibus incipit, qui veniens ad cor, ipsum calefacit: a quo ad arterias procedit, & ab arterijs ad omnia corporis membra. In humorali ab humoribus incipiens, humores in corde calefacit, a quo per arterias totum corpus circumdat. In hectica vero solida corpora comprehendit, & præcipue solidas corporis partes.^b In quolibet enim istarum substantiarum in quacunque harum febrium calor febrilis existit, sed in hectica membra admodum incaluerunt, humores autem & spiritus incallescunt, sed non dum incaluerunt. In humorali vero humores admodum incaluerunt, membra autem & spiritus incallescunt, sed non dum incaluerunt. In ephimera solum spiritus & aerea substantia incaluit, humida vero & solida corpora ad huc incallescunt, & non dum incaluerunt, & quod extrinsecus istis substantijs facilius calefit, sunt spiritus, deinde humores, & deinde membra.^c Diuiduntur etiam febres in eas quæ perse sunt affectus, & in eas quæ alicuius membri affectum sequuntur. Quod si absolute de febribus loquamur, de febribus quæ perse sunt affectus, & non de alijs quæ alicuius particulæ affectui accidunt intelligi debet.^d Neque à febre accidenti, hominem molestari dicebant sapientes, sed ab affectu particulæ unde febris illa cadebat: vocabant enim eos pleuriticos, peripneumonicos, & hepate aut iene inflamatos.^e Quamuis enim febris accidens cum febre quæ est morbus, communicet in hoc, quod ambæ præternaturam calefaciunt, vna tamen est sequens morbum, & alia est ipse morbus.^f Sunt etiam qui febrem morbum dicunt esse, inter quam & suam causam (quæ non est morbus) non est medium, veluti febris putride: causa enim eius immediata est putredo, & non est morbus: febres vero

aposte-

^a
Auc. f. l. 4. t. 1
c. l.

^b
Isaac. 8. the. c.
2.

^c
Gd. 1. dif. f. c.
l. c. 115.

^d
Ga. aph. 4. 66.

^e
Gal. apho. 7.
42.

^f
Raf. 30. conti.
fo. 377. col. 2.

apostematum ponunt de genere febris accidentis: quia ab apostemate procedunt, & ipsum apostema est morbus. Alius vero quamuis in hac febris divisione consentiat, causam tamen quam assignant priores contradicit: & præter febres apostematum dicit febres opilationum esse febres accidentes. Febres tamen hæc quæ ad affectum sensibilem alicuius particule sequuntur, morbi dici debent, sicuti & affectus a quibus cadunt: cum operationes naturales ledant. Sicuti & illi. Accusandi enim sunt, qui has febres accidentia solum vocant, eas vero febres quæ per se veniunt morbos: sicuti sunt accusandi, qui spasmus (qui ex apostemate aut inflammatione procedit) accidens seu quodam aduentitium vocant, alium vero spasmus altoqui venientem morbum. Febrium etiam quædam sunt manui mordaces, aliæ non mordaces, sed post in surgentes: Aliæ acutæ, sed quæ à manu vincuntur. Aliæ penphingodes aspectu terribiles, aliæ valde rubræ, aliæ valde palidæ, aliæ liuidæ. Febrium etiam aliæ sunt sientes, quæ idcirco tales, quia faciliter solubiles, & in dispositione quadam: aliæ factæ, quia difficulter solubiles, & in habitu. Et quædam sunt continentes sinochæ siue conclusæ, quæ cum hoc quod sunt continuæ, nullam habent ad intensiorem & remissionem mutationem: quædam vero quamuis continuæ sint, quodam modo intermittere videntur, modo ad intensiorem modo ad remissionem se convertendo: Quædam etiam vere intermittunt: & ex his quædam quotidianæ, quædam tertianæ, quædam quartanæ, quædam quintanæ, septimanæ, & nonanæ. Continentium vero siue conclusarum febrium quædam in putredine carèt, quas ephimeris assimilat: Aliarum vero duarum quæ cum putredine sunt, quædam sinochæ, quædam febres ardentes siue causi quarum etiam quædam agmasticæ, quæ augendo semper procedunt: quædam per agmastica, quæ

g
Refert. Auc.
fi. 4. t. c. I.

h
Auc. l. 4. t. 2.
c. I.

i
Gal. dif. mor. c.
V. c. 10.

K
Hipo. & Gal.
6. epid. com. I.
tex. 29.

l
Gal. 8. met. c. I.
c. 192.

m
Gal. 2. dif. f. c.
q. c. 137.

n
Gal. 9. met. c. I.



semper diminuendo : quædam homotene , quæ eundem tenorem seruando . Et quia sinochus & febris ardens hanc triplicem differentiam habent , quidam has febres in vnâ confundit. ° Rursus febrium continuarum proportionalium quas continuas diximus , quædam quotidiana continuæ , quædam quæ cum sua continuitate exacerbantur de tertio in tertium , quædam quartanæ continuæ , quæ cum sua continuitate de quarto in quartum exacerbantur. ° Sunt etiam febrium quædam simplicissimæ & mitissimæ , quæ cum signis securissimis fiunt , & quarto die finiuntur , vel prius : aliæ malignissimæ , quæ cum signis grauissimis quarto die occidunt , vel antea. Quædam sunt mittes simplices , quæ vt signis non securissimis sed securis fiunt , ita ad secundum quaternarium transcendent . Aliæ sunt malignæ acutæ , quæ cum signis grauibus mortem afferunt tardiorum. ° Et has committatur labor , turbulencia , vigilix , sudores. ° Et hæ malignæ febres acceduntur ex malis succis in venis eoacerbatis , qui in prauum sanguinem mutationem accipiunt. ° Sunt etiam febres cachoetes , quæ facultatem dissolunt : sudant enim semper , sed non toto corpore , & extrema frigent , vt vix calorem recipiant. ° Sunt etiam febres laboriosæ , & non solum sunt ille , quas multa motio aut labor præcessit , sed omnes in quibus aliquis laboris seu lassitudinis sensus est . Immo & illæ laboriosæ dicuntur , in quibus spontaneæ sunt lassitudines , ex multitudine crassorum vitiosorū q̄ succorū excitatæ. ° Et sūt febres boni moris , & mali moris & febres acutæ , & febres diuturnæ , & febres ordinatæ , & febres in ordinatæ , & febres seruantes vnū circuitū , & febres erraticæ. ° Et sunt errantes siue errabūdæ , quæ singulas accessiones habent inordinatas. ° Et ex eis sunt febres inordinatæ , quæ ex atra bile fiunt : quæ atra bilis in quibusdam partibus mouetur , in alijs immota manet , in alijs vero putret , aut feruere incipit : ex quibus febrium inordina

tio

o
Gale. 2. cris. c.
vi. c. 521.

p
Gale. 2. dif. f.
c. II. c. 137.

q
Ga. i. cris. c. xvij
c. 505.

r
Hip. Ga. I. pro
ret. com. 2. tex.
42.

f
Gal. 2. alimen.
fa. c. vj. in fi.

t
Hip. Ga. I. epi.
com. I. tex. 23.

v
Gale. vi. epid.
com. 4. tex. 2.

x
Gale. vi. epid.
com. II. tex. 29

y
Ga. I. epid. cō.
3. text. 17. in
princ.

tio sequitur. ^a Et ex eis sunt febres inconstantes, in quibus nihil constans quietumq; existit, neq; exa^o formam vnā febrium seruant. ^b Sunt etiam febres stables, quæ ideo tales quia per multum tempus æquales permanent. Sunt etiā febres aridæ, seu arentes, quas tactu cognoscere licet: sicuti quæ ex lassitudinibus & exustionibus: nam cutis densitas latere non debet, eos qui tactum habent exercitatum. ^b Et sunt febres incendetes acutæ & ex eisdē sunt febres succedentes quæ tiphodes, id est fumosæ dicuntur, & longiores sunt. ^c Sūt etiā febres lassitudinariæ, quæ per abscessus terminantur. ^d Et ex eis sunt febres palustres, & gelidæ & pestilentes. ^e Ab accidētibus etiam antiqui febres distinguebāt, & nominabant, veluti febrem soporificam, somnolentam, lethargicam, freneticam auriginosam. ^f Sunt etiam febres fluxuosæ, quæ cū alui fluxibus vomitibusq; tepescunt: contrariæ his sunt febres restrictæ. Sunt etiam febres ignauæ, quæ cum capitis grauitate proueniunt, vel cum sanguinis eruptione, vel excretionis suppressione, aut corporis collapsione, aut contractione. ^g Et sunt febres horrificæ, quæ non sunt in quibus in principio accessions horror reperitur, sed quæ per totam accessionem horrore habent. ^h Sunt etiā febres singultuosæ, quæ ex bile, & cū singultu fiūt. ⁱ Sūt etiam febres compositæ siue complicatæ, quæ simul tantū modo reperiuntur. Quarū cognitio difficilis est, nisi simplium febrium natura cognoscatur. ^k Et ex eis sunt febres confusæ, quæ ideo confusæ dicuntur, quia accessionum tempora in eisdem horas conueniunt. ^l Sunt etiam febres complexæ, quando diuersis horis accessiones fiunt. ^m Sunt etiam febres anticipantes, quæ accessiones anticipant: & sunt aliæ febres tardantes, quæ statim ab initio aliquid futuri temporis posterius assumunt. ⁿ Sunt etiam febres subintrantes, quia ante quam vnā absoluta sit altera in vadit: quæ quamuis sui natura de genere sint intermittentium, cō

^r
Ga. 3. prog. tx. 29.
^a
Ga. 4. ratio. vii. Aus. tx. 52.
^b
Gal. art. cur. c. ij. c. 369. C. 6. epi. com. l. tex. 29.
^c
Gal. apho. I. 12.
^d
Hip. Gal. aph. 4. 31.
^e
Ga. aph. 7. 43.
^f
Gal. vbi supra.
^g
Gal. fini. me. c. x. c. 178.
^h
Ga. l. epi. cō. I. tx. 22.
ⁱ
Hip. 3. fract. tx. 47.
^k
Gal. 2. cris. c. vij. c. 522.
^l
Ga. 2. dif. f. c. vij. c. 142.
^m
Gale. 2. dif. f. c. vij. c. 145.
ⁿ
Gal. I. cris. c. iij. c. 484.

^o
Gal. morb. tem.
c. ix. c. 350.

^p
Gal. 4. rati. vic.
tx. 61. c. 715.

^q
Hi. G. I. epi. cō.
2. tex. 16.

^r
Gal. 6. epi. cō. I.
tx. 29. c. 610.

^f
Gal. 1. die. decre.
c. I. c. 557.

^t
Gal. 4. rati. vic.
tex. 47.

plexio siue subintratio nullum intermissionis tempus relinquit: immo præcedentis declinatio strictior & breuior fit, ratione alterius subintrantis. ° Sūt febres hiemales aut quia hieme contingunt, aut quia ex humore Ægmatico hiemi proportionali sunt. ^p Sūt etiam febres nocturnæ & diurnæ, quia die vel nocte contingunt. ^q Sunt etiam febres péphin godes, quia spiritibus affluentes, & febres saltuginosæ, quia ad tactum pruriturum efficiunt. ^r Sunt etiam febres recidiuæ, & sunt febres quæ reuertuntur, ob id quod illud quod iudicatum fuit in præcedentibus, non fuit certum & fidum. Vt enim solutiones morborum qui non paulatim sed subito finierunt certas esse cognoscimus, si excretio copiosa aut abscessus in signis appareat: quando hæc infida sunt, ne cesse est illud quod remanet febrem recidiuam facere, eiuſdem speciei cum priori. ^t Sunt etiam febres affodes, quæ ideo tales quia implacidæ, & ex oris ventriculi offensa contingunt. ^t

SCHOLIA.

ETSI ex tribus differentijs subiectorum tres febrü species fuerint cōstitutæ, nempe hectica, humoralis, & diaria. Secundumq; calor febrilis est in membris, vel in humoribus, vel in spiritibus: illa subiectorum diuersitas quo ad subiecta in hectionis intelligitur: quo ad subiecta enim denominationis sola hectica vocāda est febris: sola enim mēbra viuūt, in quibus calor hecticus subiectatur. Febris enim passio viuētis esse debet. Neq; febris humoralis & diaria febres dicūtur, per calorem præter naturam in humoribus vel spiritibus impressum: cum neq; humores, neq; spiritus vitam habeāt, sed per calorem fiētē in membris impressum, ab altero qui productus fuit in humoribus, vel in spiritibus. Nequē operationes leduntur immediate, à calore pro-

producto in humoribus, neque in spiritibus, sed ab illo qui in fieri, vel in produci in membris existit. Corpora etiam nostra tripliciter possunt suscipere . . . rem febrilem in tribus prædictis subiectis: vno modo . . . situ & fixatione, ita ut difficulter separabilis sit, & hic calor hæcticam febrem constituit. Alio modo in dispositione, ita ut non difficulter sit separabilis, & hoc duobus modis: aut enim calor febrilis interminio est suæ productionis in humoribus, aut in spiritibus impressus, & febrem constituit humoralem, vel ephemeram: quod esse caloris, productum esse nuncupatur: si vero talis præter naturam calor non in termino suæ productionis, nec in mutato esse sit, sed in mutari, alterari, vel produci, suum esse habeat, nullam febris constituit speciem: cum neque febris neque affectus sit, febris enim aut affectus alius, non in ipso verti, vel mutari suam habet generationem, sed in mutato, & alterato esse cum permanentia, pro ut ex Galeno, est dictum. Ex quibus facillimum erit, supra dictas febrium differentias intelligere. Cum enim membra, humores, & spiritus adeo contigua & vicina sint, impossibile est, calorem febrilem vni trium horum subiectorum in hære, quin alijs in hæreat. Nec ob id credendum est, omnes tres febrium species confundi. Nam calor febrilis qui febrem humoralem facit, humoribus inest in producto esse, spiritibus vero & membris in produci. Et calor febrilis qui hæcticam facit, membris in hæret in facto esse, humoribus & spiritibus in fieri, & in produci. Et calor febrilis qui ephemeram efficit, spiritibus in est in producto esse, membris vero & humoribus in produci. Quæ distinctio existentiæ caloris febrilis, erit adæquata secundum tres modos positos, si hætica febris cum putrida complice tur: erit enim calor febrilis in facto esse in membris, in producto vero esse in humoribus, in produci vero in spiritibus. Et si in producto esse sit in humoribus & spiritibus, in produci vero in membris, ephimera febris cum putrida

complicata resultabit. Quod quibusdam impossibile, admi-
 nus difficile videtur. Quia quando ephimera putridam ge-
 nerat, putant necessario ephimeram euanescere: & conse-
 quenter negant febrem putridam ephimeram posse causa-
 re. Quod non solum iuniores aliqui affirmant, sed Isaac,
 libr. febrium. c. 1. Assertit febres ephimeras, sapissime aliarum
 febrium esse causas, à reliquis vero non causari. Oppositum
 tamen posse contingere, est clarum. Si enim ac acuis primi-
 tiuis resultat febris ephimera, quæ quidem debiles ores sunt,
 quid impedit, quod febris putrida quæ efficacior causa est,
 eam causet: Neque ex hoc sequitur, quod semper debeat se-
 qui febris ephimera ad febrem putridam. Non enim sem-
 per spiritus à calore putrido vincuntur. Possunt enim per
 suas temperaturas & formas huic nocumento resistere. Ni-
 si enim spiritus ex ipsorum vitio aptitudinem prestent, ad
 calorem febrilem recipiendum ab humoribus, calor eorum
 putridus non sufficit febrem ephimeram causare. Tunc
 autem aptitudinem prestabunt, quando per distemperiem
 debiles fuerint: tunc enim de iusta naturalitate spirituum
 ab illo putredinali calore, & ab eodem spiritibus assimilatis,
 necessario fiet febris ephimera. Et idem contingit membris
 respectu heticæ febris. Semper enim membra, humores, &
 spiritus suæ resistunt corruptioni per suas formas & tempe-
 raturas. Nihil igitur impedit ex putrida ephimeram fieri,
 sicuti ex ephimera communiter efficitur febris putrida, aut
 heticæ. Non enim maior est ratio quod ex ephimera fiat
 putrida, quam quod ex putrida fiat ephimera, nisi quo ad
 manifestationem tantum & cognitionem. Cum enim ephi-
 meræ calor suavis sit, neque difficilia inferat symptomata.
 Imo est calor naturali maxime similis, & brevis terminatio-
 nis: quando super putridam contingit, non manifestatur,
 signa enim putridæ febris & sua difficilia symptomata, ephi-
 meræ calorem obscurant. Et ob eandem rationem quan-
 do pu-

do putrida super ephimeram succedit, illi quo manifesta-
 tur putrida, & facilliter cognoscitur. Præter omnes febrium
 differentias superius positas, alias duas scribit Nicolaus Flo-
 rerinus tract. 2. sermo. 2. summa. r. c. 8. scilicet febres proprias,
 & febres per communitatem: febrem propriam dicens, eã
 cuius causa est in ipso corde, aut principaliter in ipso impres-
 sa, febrem vero per communitatem, cuius causa in aliquo
 membro continetur. Quarum differentiarum cõsideratio
 præter id quod impertinens est, & superflua, neq; ab aliquo
 sapientium facta, non continet veritatem, Omnis enim fe-
 bris propria passio cordis est, neq; est dabilis aliqua febris,
 quæ per communitatem fit, quocunq; contingat modo. Ca-
 lor enim cordi cõmunicatus, aut calorem cordis non extra
 neat in producto esse, & sic quantumcunq; aliunde com-
 municetur, non sufficiet febrem causare. Si tamen calorem
 cordis in producto esse extraneauerit, & si nõ amplius præ-
 dictus calor cordi cõmunicetur, nihilominus febris aderit:
 nisi febrem quæ alteri affectui accidit, vellent Nicolaus per cõ-
 sensum appellare. Quod si hoc vellent, superflua est diuisio,
 quam ponit in febrem affectum & febrem accidentem. Cir-
 ca febrium aridarum siue arentium differentiam corrigend-
 us est Antonius Mussa, qui in suo nouo indice ad Galenũ
 febres ardentes ex tactu cognosci asserit. Illudq; impones
 Galeno. 1. de arte curati. Ad glauco. Galenus namq; non ar-
 detes sed arentes dicit, vt ex noua & antiqua littera Galeni
 colligitur. Quod vero ibi de arentibus siue aridis febribus
 loquatur, patet: ibi enim tractat de febribus, vbi cutis desicca-
 tur, & densatur: quod arentibus siue aridis febribus appro-
 priatur: sicuti ex lassitudinibus, & exustionibus. Et cõfirmã-
 tur quia Hippocrates & Galenus. 6. de morb. popula. com.
 1. loquentes de febribus quæ tactu cognoscuntur, aridas re-
 ferunt.

22 DEFEB. IN VNIVER. TRACT. PRI.
 DE CAUSIS FEBRIVM IN VNI-
 VERSAL. CAP. III.

FEBRIS veipropter motum, vel propter putrefactio-
 nem, vel propter detentum calidum effluuium, vel pro-
 pter ad hessum alterius caloris fit: si calor præter naturam
 cor apprehenderit. ^a Febrem enim causat exercitium, lassitudinem concilians, diuturna etiam in solatio, cutis ad stritio: siue illa sit à frigore, siue ab aliqua alia re adstringente cutem, sicuti ex aquæ aluminosæ lauatiōe. Calidus etiam ciborum æsus veluti alliorum, porrorum, ceparum. Potus etiam calidus veluti multi vini veteris: Medicamenta etiam ebibita, & venena. Putredo etiam vniuersalis, & illa quæ in aliqua corporis particula primo caliditatem assumit, deinde partem vicinam afficit & hæc deinceps sibi vicinam, donec cor apprehendat. ^b Pestilens etiam aeris constitutiō, & cum peste affectis cōuersari, & plectora febrem causant. Qui cōsuetudinem etiam exercitationis ommisserunt, à febribus corripuntur. ^c Et præcipue à febre hectica. Membrorum enim virtutes debilitantur, propter motus demissionē, qui desert eis spiritum innatum, qui instrumentum existit vitæ membrorū. ^d Ex crementa etiam causa efficiuntur februm: collecta enim talia putrescunt, ex quo acriora simul & calidiora redduntur, & febrem generant. ^e Superflua etiam euacuatio febres causat, vires enim prostratas relinquit: unde humores qui remanent non regulantur. Et præter id spiritus etiã mouet, & inflammat. Et idem facit venæ sectio, conuertendo sanguineitatem vaporosam in furiositatem colericã. ^f Fructus etiam recetes sicuti crisomela, mora, melones, persica, cucumeres febres faciūt. Quia omnia quæ sanguinē aquo sitate implēt, quamuis prius in frigidēt, faciunt tandem ipsum ebullire. ^g Cibi etiam glutinosi ac crassi, ratione obstructionis & putredinis: acres vero & acetosi, quia malos gignunt humores, februm causa sunt. Cibi

^a
 Gal. I. de f. f. c.
 ij. c. 17.

^b
 Gal. cau. mor. c.
 ij. c. 22.

^c
 Gal. I. de f. f. c. ij.
 c. 116.

^d
 Auic. f. 3. l. do. 7.
 2. c. I. in fi.

^e
 Gal. 9 vsu par.
 c. j. c. 645.

^f
 Auic. f. 1. 4. t. 7.
 c. 25.

^g
 Auic. f. 3. l. do. 2.
 6. 7.

Cibi etiam natura optimi quia male reponuntur, aut exte-
 pore aliquam malam qualitatem adquirunt, causa februm
 efficiuntur. ^h Abstinencia etiam a cibo, & maxime in cor-
 poribus colericis febres causat. Cibi enim abstinencia exci-
 tat coleram rubeam motu violento. ^{Gal. I. dif. fe. e. ij. c. 118.} Causat etiam febres
 somnus meridianus, multiplicat enim humiditates & rheu-
 mata, & splenem obstruit, & corpus pigrum reddit. ^{Gal. apho. 2. 22.} Haru
 omnium causarum quaedam sunt incipientes siue procathar-
 tica, id est manifesta: & sunt quae extrinsecus aduenientes
 corpus alterant, atq; vehementer transmutant naturam:
 aliae vero sunt causae antecedentes, & sunt quae cuq; in ho-
 mine malae dispositiones vel motus praeter naturam, qui
 morbos causant: quae etiam causae praecedentes siue ante-
 cedentes vocantur. ^K Erit autem causa coniuncta, quae im-
 mediate morbum facit. ^{Auic. f. 3. l. doc. 2. c. 9.} Quae causarum diuersitas per e-
 xempla haec clarius explicatur: manifesta seu procatharti-
 cae causae sunt, quae corpus ab exterioribus alterant, veluti
 ferri incisio, reptilium morsus, percussio, sol, aestus, ignis,
 adustio, frigus. Praecedentes vero causae siue antecedentes
 siue anteriores sunt, quae ex parte corporis se tenent, & ab
 interioribus corporis exhibet actiones: non tamen immediate
 febre faciunt, sed altera causa mediante, vt humoru multitu-
 do, crassities, & viscositas: quae non nisi mediante putredine fe-
 bres causat. Quoad enim humores ex multitudine, crassitie
 & viscositate non putret, febres non causat: propter quod putre-
 do causa coniuncta siue attingens siue immediata dicitur, quia
 immediate febre efficit. ^{Gal. cau. mor. e. ij. inf.} Communicat antecedentes causae &
 coniuncta in hoc, quod ambae sunt corporeae, scilicet humorales
 aut complexionales. Et causae antecedentes & primitivae comu-
 nicant in hoc, quod inter eas & dispositiones siue affectus
 quos causant, medium existit: licet primitivae aliquando sine al-
 terius causae medio affectum inducant. Causae etiam antece-
 dentes a primitivis differunt in hoc, quod antecedentes sunt
 ex cor-

^h
Gal. I. dif. fe. e.
ij. c. 118.

ⁱ
Gal. apho. 2. 22.

^K
Auic. f. 3. l. doc.
2. c. 9.

^l
Gal. cau. mor. e.
ij. inf.

^m
Gal. aph. 7. 30.

ⁿ
Haliab. 6. the. c.

⁴

Anic. f. 2. l. d. 2.
sum. l. c. 1.

ex corpore, primitiæ vero non. ° Licet aliquis causam primitivam ex corpore sentiat: ponens apostemata extrinseca inter causas primitivas. Dicens causam primitivam non quia extra corpus sit, sed quia manifesta, ad differentiam aliarum causarum, quas abditas siue occultas vocant. °

Anic. f. 1. 4. t. 1.
e. 5. in prin.

Et omnes supra dictæ causæ non aliter febrem excitabunt, quam secundum corporis aptitudinem: & secundum hanc parvâ vel magnam febrem excitabunt. Ignis namq; frigidatos nõ absq; viribus & tempore calefacit. Immo maxime refrigera

Gal. cau. mor. c.
ij. c. 23.

ti manus per flammam absq; noxa trahunt. Qui vero calidus est, paratissimus est, vt excessum caloris suscipiat. ° Aptitudo enim ex victus prauitate præcedenti originem pestilentiaæ dedit atheniensibus, quia ex Ethiopia ex malo victu putredinis fluxere quædam contagia: magnam enim partem in morbi generatione habet, corporis quod passurum est a

Gale. 1. dif. f. c.
iiij. c. 119. 120.

aptitudo. Neq; aliqua causa sine patientis aptitudine agere potest. ° Istam autem aptitudinem quatuor efficiunt causæ: prima similitudo intemperaturæ, seu simbolium. Secunda raritas in compositione. Tertia fortitudo agentis. Quarta approximatio & longa mora in agendo. ° Et secundum quod aptitudo ad febres est maior vel minor, ita corpora paratiora vel minus parata sunt ad febres. Corpora enim calida & sicca ad febres sunt magis apta. ° Alius corpora calida & humida ad febres magis parata putat: & proprie quando humiditas est fortior caliditate. Et isti sunt fetidi sudoris, urinæ, et egestionis. °

Isaac. l. feb.

Secundo loco aptiora sũt, illa quæ sũt calida, & in palsiuis qualitatibus sunt temperata. Et de inde quæ in actiuis sunt temperata, & sunt sicca. ° Alius hoc loco ponit nõ quæ temperata sunt in actiuis, & sicca sunt: sed quæ temperata sunt in actiuis & humida sunt. Et hæc corpora dicit esse, quæ incipiendo, à febribus putridis comprehenduntur. °

Gal. 8. met. c. 8.
in prin.

Quatuor vero intemperies quæ sequuntur, inceptæ sunt, vt à febribus comprehendantur. Et si adiaria capian-

Anic. f. 1. 4. t. 1.
c. 2.

Et de inde quæ in actiuis sunt temperata, & sunt sicca. ° Alius hoc loco ponit nõ quæ temperata sunt in actiuis, & sicca sunt: sed quæ temperata sunt in actiuis & humida sunt. Et hæc corpora dicit esse, quæ incipiendo, à febribus putridis comprehenduntur. °

Gal. 8. me. c. 8.

Quatuor vero intemperies quæ sequuntur, inceptæ sunt, vt à febribus comprehendantur. Et si adiaria capian-

Anic. f. 1. 4. t. 1.
c. 2.

Et de inde quæ in actiuis sunt temperata, & sunt sicca. ° Alius hoc loco ponit nõ quæ temperata sunt in actiuis, & sicca sunt: sed quæ temperata sunt in actiuis & humida sunt. Et hæc corpora dicit esse, quæ incipiendo, à febribus putridis comprehenduntur. °

pianatur, quam uis in ediam tollerent, neq; in putridas neq; in heclicas transibunt. Immo si redūdantiam humorum absq; corruptella contrahant, à dieta iuuātur: quæ uero corpora temperata sunt, tam in actiuis quam in pãsiuis, maxime resistunt febribus. 2

Ga. opt. cor. cõs.

SCHOLIA.

MOTVM calorem causare euidentissime experientia demonstrat: in animatis enim corporibus sagitta uolenter sursum iacta, ad eò in calescit, ut plumbum si in ea sit liquefaciat. Ut refert Arist. 2. de celo. c. 7. uelox etiam & fortis motus lapidis molendini loca circumstantia calescit, & ignem generat: ut refert Isaac, lib. febrium parte. 1. c. 5. quod de motu corporum non tenuiorum uel liquidorũ debet intelligi, ueluti aere, aqua, quæ per motum non calescunt: ut notat Christophorus à Vega super Galenum. 1. de differentijs febrium in uiuentibus autem motus non solum calorem causat, sed febrem. Quo modo autem motus calorem causat, ad eò est obscurum ut ad huc sub iudice lisit. Quidam enim ob id motum calorem causare dicunt in uiuentibus, quia per iuncturarum fricationẽ, & dilationẽ, maior introitus aeri fit: quo intromisso, & igne magis uentilato, intensior fit calor. Alij uero id eò hoc contingere asserunt, quia per confricationem, & conuassationem duorum corporum durorũ, aer medius ad eò rarefit, ut natura ignis per raritatem attingat, & sic calorem augeat. Thomas de Garuo. 1. de differen. febr. ut huius dubij causam assignet, præsupponit quodlibet mixtum multam diffirmitatem in suis partib; habere: igneas & aereas, subtiles & calidas: frigidas uero, terrestres & aqueas. Ex confricatione igitur corporum ad inuicem, & rarefactione, æducuntur partes igneæ & aereæ ex centro corporis uersus circumferentiam: & se-

C

para-

parantur a partibus terrestribus, & aqueis, cum quibus erant commixtæ, & exteriora calidiora reddunt. Ita vt per motū, & rarefactionem calor qui antea in potentia erat, post motum ad actum sit reductus. Quam sententiam cōfirmat Cælianus super methetur. dicens motum localem dupliciter causare calorem: Vno modo fricando illud quod cōtingit, & ipsum rarefaciendo, educendo ignē de potētia ad actū: alio modo, specialiter motus progressius animalium excitat calorem, dirigendo spiritus & sanguinem, ad membra, in quibus calor augetur: calor tamen per motum causatus, non est effectus per se respectu a gentis: cum motus localis in quantum talis, & per propriam naturam non generet calorem: sed in quantum distrahit, & rarefacit partes mobiles: In ordine tamen ad istas partes disgregatas, dicitur effectus per se, eo quod motor intendit disgregare vnā partem ex alia. Nicolaus Florentinus tracta. 2. Summ. 1. ferm. 2. c. 12. in omni febre quamuis hectica sit, aut diaria, causam coniunctam ponit. Quem sequitur Hieronymus Montius suo de febribus compendio: causam coniunctam hecticæ & diariæ approprians: quam dicit causam conseruatiuam. Et illam in diarijs asserit esse subtilitatem, raritatem, & igneiratē substantiæ spirituum. In hectica vero habilitatem humiditatis partium radicalium ad inflammationem. In cōtrarium tamen est Auice. f. 2. 1. doctrina. 2. summ. 1. c. 1. Cuius verba sunt, & causæ quidem coniunctæ sunt corporales, ex quibus dispositiones proueniunt corporales. Prouentu primo: quod in hecticis non est reperibile. Contrarium etiam tenet Galenus primo de inæquali intemperie. Vbi asserit hecticam febrem nullam causam habere: à nulla enim causa dependet, speciali dependentia. Causa vero quæ ipsam creauit, febre excitata iam abest. Nequē in eius medella est causa, quæ de sui ablatione indicet, sed so-

la alteratione curatur. Nisi causam continentem habere dicamus, opinioni Vallesij adherendo: qui libr. 4. Suarum controuersiarum. c. 3. causam continentem appellat vnius cuiusque morbi essentiam: & sic necessario habebit febris hectica causam continentem. Immo & quacunque alia febris vel morbus postquam essentia sua carere non potest. Habebit etiam necessario causam efficientem febris hectica: aliquando primitiuam, cum possit fieri incipiendo: aliquando humoralem, quando febribus putridis succedit. Postquam tamen facta est, nullum genus cause requirit. Neque febris diaria ullam causam habet, præter efficientem & continentem ad sensum in febre hectica dictum. Putridæ vero febres ad sui generationem, non necessario requirunt primitiuas, aut manifestas causas, quamuis possint ab eis fieri. Ad sui tamen esse necessario requirunt causam antecedentem, & coniunctam. Erit autem antecedens causa humoris multitudo, crassities, aut viscositas. Coniuncta autem erit putredo, licet conciliator differens. 159. f. 128. c. 2. ausus sit contra communem opinionem affirmare, putredinem non esse coniunctam causam febris putridæ. Quia inter ipsam putredinem & febrem alia mediat causa, puta fuligo putrida. Quod comprobatur, quia multoties est in venis putredinem, ut, in apostematibus, ad quam febris putrida non sequatur: non ob aliud, nisi quia fuligo putrida ex apostemate ad cor non attingit. Quod etiam confirmatur quia nihil putridum crassius fuligine ad cor posset peruenire: nec cor illud posset, suscipere, quin prius mortis symptomata in duceret. Salua tamen pace conciliatoris deceptus fuit, & eius contrarium expressè sentit Auicena: qui exemplificans in omni genere causarum. fen. 2. 1. Doctrina. 2. summa. i. capit. primo. Putredinem ponit causam coniunctam febris

putride. Eandem cum Auicena sententiam tenet Aliabbas. 6. Theori. c. 4. Neq; conciliatoris rationes concludunt. In febribus enim putridis humores in corde putrescunt, neq; ex hoc ad sunt mortis symptomata, Ratio etiam propterquam in apostematibus quibusdam, quamuis sit putrefactio, non sit febris saltem putrida est. Quia putrefactio non est vniuersalis, sed circumscripta, vt in apostematibus extrinsecis asserit Galenus. 1. de disse. feb. c. 5. c. 122. De causa autem finali an in febribus reperitur, varij varia opinantur. Quidam enim causam finalem omni feбри adaptant: quam dicunt esse operationes naturales perdere, immo & vitam. Alij vero causam finalem in febribus negant: dicentes hanc non esse, nisi in ijs quæ suam essentiam habent in aliqua perfectione. Quæ vero in imperfectione suam habent esse, neq; propter finem agere possunt, neq; causam finalem habere. Causa vero febrium materialis non est causa ex qua, sed in qua, iuxta vnus cuiusq; febris speciem. Dissentiunt maximè Galenus & Auicena circa corpora ad febres magis parata. Galenus namq; corpora calida & sicca magis parata ad febres asserit. Auicena vero corpora calida & humida. Rursus Galenus post hæc paratiora dicit corpora, in actiuis qualitatibus temperata. sicca tamen. Auicena vero paratiora ponit corpora temperata in actiuis, humida tamen. Et vterq; sensus verus est, circa diuersas febrium species. Ad febres enim diarias & heclicas paratiora sunt corpora calida & sicca: & temperata in actiuis & sicca. Ad febres vero putredinis paratiora sunt calida & humida: & temperata in actiuis, & humida. Sicuti corpora sanguinea ad sinchos & continentes febres, corpora vero colerica ad causones. Corpora autem temperata in resistendo causis alterantibus, ceteris corporibus magis resistunt. Iuxta doctrinam Galeni in libello de optima corporis constitutione propter virtutis fortitudinem. Ita vt non patiantur, nisi à magna valde causa. Quæ
uis

uis enim corpora temperata, quibusdam intemperatis ma-
 ius simbulum, & similitudinem habent ad febrem, non ta-
 men propter illam similitudinem citius in febrem incurrunt:
 plus enim potest fortitudo virtutis in febrem prohibendo,
 & ei resistendo, quam simbulum & similitudo ad talem dis-
 positionem febrilem recipiendam. Alij tamen hoc negant:
 nam quamuis virtus quid distinctum à qualitatibus sit, quali-
 tatibus tamen veluti instrumentis vitur, in agendo, & resi-
 stendo. Vnde virtus quæ frigus pro instrumento habet, fe-
 bri magis resistit. Et simili modo distemperatus homo ali-
 quas operationes perfectiores efficiet tēperato. Eo quod,
 distempres illa instrumentum sit ad illas perfectiores o-
 perationes. Quis enim negabit hominem calidi & sicci ce-
 rebri (quod instrumentum est perfecte adorandi) in olfaciē-
 do hominem temperati cerebri superare?

DE SIGNIS FEBRIVM IN VNI-
 VERSALI. CAP. IIII.

FEBREM venturam, significant hiatus, horror, oscita-
 tio, nausea, tussicula sub aspera, extremorum infrigidatio,
 capitis dolor: & maximè si venæ plenæ, & flatibus intumē-
 tes intersectæ fuerint: flatus enim caput petunt. ^a Signi-
 ficat etiam febres difficultas anhelitus, non boni odoris,
 oris amaritudo & siccitas, citrinitas faciei, corporis ponde-
 rositas, vomitus coleræ, abundantia vrinæ, pulsatio timporum,
 paucitas appetitus, tensio venarum & hypochondriorum,
 debilitas corporis. ^b Significant febrem dolores in mē-
 bris, dum à calido (quod præter naturam est) mutantur: quod
 fit, ratione intemperiei quæ in eis imprimitur, quæ causa do-
 loris est. Immo & antequam febricitent, sentiunt in corpore
 quandam in æqualitatem verbis in explicabilem: sensus

^a Gal. pressa. exs
 peri. cōfir. c. 2.

^b Ras. 30. conti. f.
 375. c. 4.

autem est, veluti rei dispersæ per totam corporis mollem, à natura nostra alienæ. Quod autè dispergitur, aliquândo sentitur sub calidum, aliquando mordax citra calorem, aliquando vtroq; modo afficiens. ^e Maxima autem signa in omnibus febricitantibus ex pulsu & vrina sunt summèda: quibus addere oportet respirationem. ^d Tanta signorum ab vrina in acutis febribus vis est, vt soli ipsi credere oporteat. Et ex hac & alijs signis diuinatio tibi erit firmissima. ^e Cum enim febres venosi generis affectus sint (arterias etiam sub venis comprehendendo) tum ab vrina, tum à pulsu propria signa sunt summèda. ^f Iure igitur senserunt sapientes præstantissimi, celeritatem pulsus febricitantibus perpetuam esse. ^g Omnibusq; febribus communem esse inæqualitatem in vno motu pulsus. ^h Ergo in primo die vrina exquisite aquea, febris vero debilis, signum erit febris in longum protrahendæ. Et si sequentia quaternaria animadu- rteris, statum etiam cognosces: manentibus enim pulsu & vrina sicuti prius, non solum habes, quod nondum febris augmentum attingerit, verum quod nec ante septimum sit incepturum. Erit enim debilis coctio, quando post vrinam aquosam, turbulenta apparet. Et quando vrina est ruffa tenuis post aquosam. Hoc tamen, principium febrium non transgreditur, nisi nebula aut suspensio æqualis cõtinaua atque alba appareat. Et rubens nebula, & subsidentia talis, & bene colorata, & crassitudine mediocris principium coctionis fuisse ostendit. Perfecta vero coctio & status est, quando in vrinis subsederit aliquod album, leue, & æquale, & continuum. ⁱ Ista febrium tempora vniuersalia non solum quo ad humoris coctionem considerantur, sed quo ad morbi essentiam, & morbi accidentia. ^k Et significan- tia dispositionem febris, & ex qua specie sit, sunt dispositio febris in acuitate sua, & sua leuitate, aut quod ipsa ac- cidat

^e
Gal. 2. simpt. cau.
c. iij. c. 81.

^d
Gal. I. ar. cur. c.
ij. c. 367. 368.

^e
Gale. vi. epid. c.
lxx. Io. c. 602.

^f
Gal. I. cris. c. vij.
c. 491.

^g
Gal. 3. precog.
expul. c. ij. c.
446.

^h
Gal. I. ar. cu. c. 6

ⁱ
Gal. I. cris. c. xvij.
xvij.

^k
Gal. 3. vict. rat.
lx. 62. c. 682.

cidat à causis primitiuis, aut antecedentibus : & dispositio febris in adhærentia vel tepore. ^l Febres vero acutas calidas significabuut rigores : rigores enim ex flaua bile extra venas per sentientia corpora delata, excitari solent. conducet etiam ad huius notitiam, alias causas considerare. Ex lassitudine enim febres biliosissimæ sunt, si æger in sole æstiuo versauerit, aut vigilias cogitationes, animi angores, & alimenti inopiam sit perpeßus, aut biliosis cibis nutritus. ^m Acutas etiam febres significabunt linguæ aridæ : illæ enim febres veluti ignis sanguinem inflammantes, fuligini potius quam vaporum similem exhalationem efficiunt. ⁿ Color etiam febres vehementer significat. Nam color valde rubens, vehementissimam caliditatem portendit, & humorem sanguineum : quæmadmodum calor valde palidus bilem, & color liuidus sanguineum succum deficere nunciat. ^o Plumbeus etiam color qui ex albo & viridi constat, frigiditatem significat humorum, & paucitatem caloris innati, & conuersionem ad inflationem & tumefactionem. Sicuti velocitas detumitionis & extenuationis faciei, & tornalitas eius significant vehementiam caliditatis, subtilitatem humoris, & velocitatem resolutionis, propter amplitudinem pororum. ^p Qualitas etiam caloris maximum est inditium, humoris facientis febrem. Nam qui magis vaporosus & minus molestus existit, ex sanguine procedit. Qui vero molestus, & rodens, ac mordax, vtranq; bilem significat. Cum vero primò tactu quodam potius magis vaporosum quam acre manui representatur, ac per moram paulatim mordacitas aduenit, maximè inæqualis : aded vt per cribum colari videatur, ex pituita putrida. ^q Significatur etiam febris ex regimine antecedenti, & ex dispositionibus accidentibus, ex regionibus, temporibus, ætate, complexione, & forma, & ex vomitu, ægessio-

^l
Auc. f. I. 4. l. 2.
c. 5. prope. fi.

^m
Gal. 6. epi. com.
l. tx. 10. c. 602.

ⁿ
Gal. 6. epi. com.
v. tx. 14. c. 734

^o
Gal. 6. epi. com.
l. tx. 29. c. 613.

^p
Auc. f. I. 4. l.
2. c. 5.

^q
Gal. 2. dif. f. c. lxx.
inf.

ægesione, fluxu sanguinis narium, sudore, dispositione an-
 hecitus, vigilijs, alienatione & inquietudine. ^r

^r
 Anic. f. I. 4. f. 2.
 c. 5.

SCHOLIA.

PRæter signa demonstratiua febrium, tria alia signorum
 genera scribit Galenus. I. de crisi. c. 14. Primum crudita-
 tis aut coctionis est, veluti vrinæ, sputa, albi excrementa: &
 hæc stabilem habent semper significationem. Secundum ve-
 ro signorum genus salutem aut mortem significat, & est ex
 eis, quæ cum prædictis ægrediuntur, & quæ per totum cor-
 pus apparent. Veluti si pingue in vrina de supernatans, ara-
 neorum speciem referat, consumptionem significat. Sic &
 vrina nigra, non cruda solum, sed etiam lethalis est, vt per
 Galenum I. de crisi. c. 5. in fine. Ex creatio etiam nigra
 quæ non sedat dolorem, mortem portendit. Quædam etiã
 ex his signis in operationibus animalibus vitalibus & natu-
 ralibus experiuntur. Mente enim in febribus cõstare, & be-
 ne se habere ad ea quæ offeruntur, salutem. Contraria ve-
 ro mortem significabunt. Festucas etiam colligere, aut de
 veste euellere pilos, signum erit mortis. Quædam etiam ex
 his signis ex affectu totius corporis inueniuntur, vultus e-
 nim ægri similis sibi, dum sanus erat, sanitatem: si vero ma-
 ximè contrarius, mortem. Oculi etiam caui astricta tempo-
 ra, aures frigida: aut contractæ, cutis circa frontem dura, in-
 tenta arida, & color totius corporis viridis (& cum hoc vul-
 tu neq; vigilauerit æger, neq; fuerit soluta aluus, neq; fame
 affectus) mortem significabit. Resupinè etiam cubare, ac
 deorsum l. bi. pessimum erit signum. Similiaq; signa salutis
 & mortis ex dormiendi modo sumuntur. Tertium vero ge-
 nus est signorũ quæ ex crisi tumuntur. & est duplex, quodam
 tanquam signum tantum consideratur, quodam autè
 tan-

sanguinem signum & causa. Signum solum decretorium est
 dolor collic, grauitas temporum, scotomia, dolor capitis, la-
 crime absq; voluntate cuentes, rubedo faciei & oculorū,
 tremor labij, vigilie, somnus profundus, difficultas appeti-
 tus, atractio mitrachi ad superiora, angustia, alienatio, cla-
 mor. Signa vero crisi significantia & crisi etiam causan-
 tia sunt vomitus, fluxus ventris, vrina superflua, sudor, flu-
 xus sanguinis, vnde cunq; sit, parotides, & alia apostema-
 ta, in qualibet alia parte corporis. Interquæ omnia signa
 præcipua sunt, quæ à pulsu & vrina. Propter quod ab Sthe-
 phano Atheniensi super Galen. de febribus ad Glauco-
 nem, pagina 19. maiora siue maxima signa vocantur, vt po-
 te à principalibus partibus sumpta. Cum enim febris pro-
 prius affectus cordis sit, iuste ex pulsu cognoscetur. Cum
 etiam caliditas sit præter naturam succorum in venis & he-
 pate contentorum, iuste per vrinas significabitur. Vnde ijs
 veluti maximis signis maximè credere oportet. Reliqua ve-
 ro signa minora quæ ex accubitu, dormiendi modo, & ex
 eis quæ circa faciem apparent, signa maiora confirmant, &
 stabiliunt, ea scilicet quæ ab vrina & pulsu sumuntur. Ista tã-
 men inter se conferendo, vtrum signum sit excellētius, pul-
 sus aut vrina: quidam signum ex pulsu præferunt, vitalis
 nanq; virtus quæ indicationem præbet ex pulsu, maiorem
 habet dignitatem, quam concoctrix virtus, quæ ex vrina. Si-
 ne virtute enim vitali animal viuere non potest, ne momē-
 to. Sine virtute vero concoctrice per aliquod tempus con-
 seruatur, vt est videre in atrophia. Alij excellentius signum
 ponunt vrinam, quamuis non significet absolute supra vir-
 tutein vt pulsus: declarat tamen, victa ne sit facultas, aut
 victrix respectu morbi. Mediam tamen sententiam inter
 istas credo veriore, vtrunq; inquam signum alterum ex-
 cedere, in aliquo modo significandi, & ab eo excedi in alio.

D In signi-

in significando enim si per mortem, pulsus vitiosus excedit, in significando vero supra salutem, urina excedit pulsus, ita ut pulsus lethalis fortius supra mortem significet, quam urina lethalis. Urina vero optima fortius supra salutem significat, quam significet pulsus bonus. E huius sententiae ad haerere videtur Hippocrates & Galenus. Galenus namque neminem vidit seruatum, cum arteria quiescente per tempus morus duorum pulsuum. Aramen cum urina nigra multos vidit seruatos. Franciscus Vallesius suo controuersarum libro, contra communem medicorum tam arabum, quam graecorum opinionem probare conatur, morborum tempora solum esse considerata & distinguenda quo ad materiae coctionem. Et solis signis coctionis esse cognoscenda, non autem quo ad morbi essentiam, neque morbi accidentia inueniensque horum signorum consideratio non sit alicuius utilitatis. Summit fundamentum ex Galeno primo de crissibus, & praecipue. c. 17. vbi non aliter Galenus tempora distinguit quam ex materiae alteratione. Et quia rationi consonum est, ut in morbis materialibus (cum a materia generatione habeant) penes eiusdem materiae alterationem tempora debeant computari. Quod quamuis sibi concedamus, perdetur, quid verabit, aut nocebit, alias etiam duas temporum differentias considerare: postquam Galenus eodem. i. de crissibus. c. 3. ex symptomatibus docet morbi tempora cognoscere: si multa inquam sint symptomata. Si diuturna valida & maligna: aut e contrario parua fuerint, breuis temporis & simplicia. Ex symptomatibus etiam docent Hippocrates & Galenus tempora morbi distinguere. aphorismorum. 1. apho. 12. vbi postquam per signa coctionis & crudicatis tempora morborum docent cognoscere, col. 21. Galenus haec subdit verba. Est etiam aliud signorum genus, quod tempora morbi facit cognoscere, quae crissima signa & symptomata vocantur.

tus Galenus etiã. j. de vi&us ratione in acutis, comẽto vlti-
 mo. tẽpora morborũ penes quibũ essentiã & morbi accidẽ-
 tia distinguit. Sentit etiã Galenus istã temporum distin-
 ctionem. i. apho. sectione apho. 29. vbiũ commento sic ait:
 oportet ijs adijcere casus omnes, dispositio siquidẽ ex qua
 casus generantur, quam morbum nominamus, non omni-
 no dum morbus consistit, est fortior. Quibus verbis Galenus
 considerat tempora quo ad casus, & quo ad morbũ. Quãtis
 Antonius Musa ibi hoc reuertat. Auicena etiã. f. i. 4. it. i. c. 3.
 hæc verba profert Status est hora, in qua vehemens fit pug-
 na inter naturam & materiam, & apparet victoria vnus am-
 barum super aliã, & est hora pugne. Vbi gentilis asserit Aui-
 cenam, vnaq; temporum differẽtiã distinxisse, tẽpora quo
 ad morbi accidentia, in quantũ dicit in qua vehemens est
 pugna inter naturam & materiam, immo primo tangit tem-
 pora quo ad morbi accidentia. Hæc autẽ accidentia dicit ge-
 tilis esse dolores, inquietudines, alienationes & alia. Dein-
 de statũ dicit distinxisse quo ad materiã alterationẽ, in quantũ
 dicit Et apparet victoria vnus ambarũ super aliã: & vltimo
 magis notificat statũ quo ad morbi accidentia, in quantũ dicit
 & est hora pugne. Aliabbas etiã. 10. theoricã. c. 4. ã signis tẽ-
 pora morborũ portẽdentibus. Et Isaac. 20. theoricã. c. 4. de-
 significatione tẽporis morbi eãdẽ cũ Auic. sententiã tenet.
 Et vt bene notat Niculus sermõ. 2. tract. 2. sum. i. e. 14. tẽpo-
 ra morborũ tripliciter distinguitur. Primo penes morbi esse-
 tiã, secũdũ quod essẽtia morbi variatur: & hæc distinctio ma-
 gis respicit morbũ. Secundo modo quo ad humoris costio-
 nẽ, vel cruditatẽ, secũdũ quod natura assimilatur aut conquo-
 quit: & hæc distinctio magis respicit causam morbi. Tertio
 modo quo ad actionem humoris vel qualitatis eius in natu-
 rã: & hæc temporũ distinctio magis respicit morbi sympto-
 mata, quã causã & morbũ. Quæ tres tẽporũ differẽtiæ sapissi-
 me cõcurrũt, & in plurimis morbis simul coincidũt: vt bene

notat. Consiliator differentia: 107. Interdum etiam altera tēporum differentia alteram precedit, vt in apostematibus præcipue pectoris: in quibus tēpora secūdū accidentia considerata, præcedunt tempora quo ad humoris alterationem. Immo contingit, quod in principio quo ad alterationē humoris, contingat declinatio quo ad morbi accidentia. Sicut in morbo laterali, quando excreare incipiunt: nō enim, quo ad humoris alterationem morbus est in principio; & quo ad morbi accidentia in declinatione. Cum enim excreare incipiunt, dolores sedantur, hæc tamē temporum distinctio non ita proprie fit in febribus intermittētibz, sicuti in cōtinuis, nā primæ intercissæ interpolationibus sunt. Quod si in eis tempora vniuersalia morbi distingui debeant, non est per dispositionem humoris qui extra venas actu putret, sub forma causæ cōiunctæ. Cum febres ex tali putredine nō sint ex vno humore: sed in eis tempora sunt mensuranda, penes dispositionem humoris, qui stat sub forma causæ antecedentis, qui vnus est; & in eo vnitas morbi saluatur, quāuis accessiones diuersæ sunt. Morbi autem immateriales si cuti hectica febris duas temporum differentias habet, quo ad morbi essentiam & morbi accidentia. Vt bene notat Hugo Senensis. super Auic. f. 14. cum enim hi morbi non incipiunt esse, in suo completo esse, neq; in principio habeant totam intensiōem in posterum habendam, necesse est has temporum diuersitates quemlibet morbum habere: Quāuis immaterialis sit. tam quo ad morbi essentiam, quā quo ad morbi accidentia: quamuis Nicolaus Florentinus hoc cōtradicat, tracta. 2. sermon. 2. summa. 1. dicens istas temporum differentias solum competere morbis sientibus: cum solis illis in sit motus & variatio: ægritudinibus autem vere factis veluti hecticis, quia non habent manifestam mutationē, non attribuitur eis aliqua temporum varietas. Diaria autem quia

DE FEBRIBUS IN VNIVERSA TRACTATUS

quæ non vere facta est, & potest istam mutationem recipere, istas temporum differentias habere potest. Salua tamē pace Nicolii, quātūcumq; hectica morbus factus sit, fatendum est, istas temporū diuersitates habere negari enim nō potest, hecticam minorem morbum esse in suo principio, quā sit in fine, & maiora accidentia in fine habere. Propter quod recte dixerunt sapientes, in sui principio esse difficilis cognitionis, quia accidentia ipsam significantia sunt mitiora; & facilis curationis, quia morbus minor est, in fine vero facilis est cognitionis, quia accidentia eam significantia sunt maiora, & difficilis curationis, immo incurabilis, quia morbus magnus est. Et quemadmodum in morbis materialibus varietas temporum attenditur, penes variam alterationem seu coctionem humoris, ita in hecticis (quia humor caret) attendetur penes alterationem in humiditates solidorum partium. Ita vt principium hecticæ sit, vsq; ad totis consumptionem & augmentum vsq; ad consumptionem eius humiditatis quæ actu nutrit, status vero hecticæ quādo consumit humiditates spermaticorum membrorum. Ita vt quas medici arabes species dicunt, hecticæ tempora vocentur.

DE FEBRIBUS IN VNIVERSA
SALICVRA. CAP. V.

T R I B V S capitibus victus ratio in febribus comprehenditur: vnū ad cibi qualitatem, attinet. Alterum ad quantitatem, reliquum ad vsus modum. Ad cibi qualitatem respiciendo, victus frigidus & humidus esse debet. Febris enim semper indicat sibi contrarium: ex reliquis coincidentibus ætas, & temperatura, regio, cœli status, tempus, si temperata sint, tam in sana quā in agra dispositione febri

Gal. aph. I. 19.

84 DE FEBRY NIVER TRACT PRE

similia indicant: Si autem distemperet se febris araris: in distem-
 perantem & temperaturam talia contraria non indi-
 cant sine consuetudine: indicatio enim a consuetudine in-
 dicationes operato & temperaturae obumbrat: semper enim
 gaudet natura consuetis: quando igitur omnia coincidan-
 tia simili modo: cum febre indicant: eadem & copiose ca-
 lescit indicatio est implebitur: si vero temperatio quam fe-
 bris indicant modo: quamuis indicatio a febre numero sit
 inferior, magnitudine & dignitate superior est, si febris mag-
 na sit: si vero febris debilis sit, cum reliquis coincidentibus
 est conferenda: & si pares fuerint, neque infrigidandum & hu-
 miditandum, ut febris indicat, neque calefaciendum & de-
 siccandum, veluti reliqua, sed media victus ratio iumentenda.
 Si vero altera indicatio ex duabus superet, tanto erit verso
 illam a medio victu recedendum, quanto ea quae superant,
 illam a medio victu recedendum, quanto ea quae superant,
 alia vincunt. Qui vero student sermoni Hippocratis contra di-
 cto, in mediū adducentes aquam inter cutem cui febris ad-
 iungitur: ubi victus humidus non convenit, ignorant ar-
 tis curamque fundamentum: praeter id quod falsum affirmat,
 quod in febre indropica copiosa victus humidus non copet.
 Quāvis enim respectu hidropis non conveniat, ratione febris
 est necessarius. Et ex ijs duabus contrarijs indicationibus exe-
 quenda est fortior: ad id quod magis viget nos converten-
 tes, altero non neglecto. Sicuti in morbo laterali, ubi san-
 guis spuitur, ubi indicationes sunt contrariae. Cibus autē
 in febribus quātus esse debeat, & an raro aut tepius sit, offe-
 rendus, id praecipue maximeque a febre & viribus indicatur.
 Ab alijs vero coincidentibus minus principaliter. Si enim vi-
 res laborantis debiles fuerint, febris autem sit ex defectu aut
 corruptione humorū, parū alimēti convenit, quia debilitas
 non potest multitudinē alimēti sustinere, & illud parū debet
 multiplicari, quia defectus indiget ad iectione, & corruptio
 in di-

Edic. 8. met. c. 9.

Ad apho. I. 16.

102. 119. 120.

Indiget contemptatione. Si vero virtus debilis sit, neq; sit humoru corruptio, neq; defectus, immò humoris superabundantia, is raro & pauca tribuendū. Et multo magis si eū vitium robore abundauerint succi. Si vero cum humoris defectu & corruptione vires valide fuerint, multum de cibo & multoties dabimus: defectus enim & corruptio, multū indignant cibum. Et natura valida est, ut coquere possit. Quod si accessiones non permiserint cibum reiterari, multum de cibo & raro dabimus. Si vero vires validae sint cum plethora, raro & paucum offeremus. Quamuis enim virtus ad coquendum valida sit, affectus multo cibo nō indiget. Et febres diuturnæ sunt, propter stultitiam medicorū plura cibaria concedentium. Quam virtus eorum possit coquere, quare necesse est, ut cibaria ad pondus propinentur, donec febris in totum reinoueat. Nec illi quo post recessū febris addendum ex cibis, immò vltimo quo transeant quinque dies, & post ex cibo aliquid paulatim augendum, donec restauretur, alias febris reuertetur. Si vero instet lippotomia, vel syncope, ex qua cunq; resolutione contingat, celerrimè cibandū, cibus quam velocissimè nutrientibus, nisi talia ob morbi acumen aut dolorem contigant. Cibum enim his offerre, magnum detrimentum facit. Tales enim interdum euacuatione magis indigent, quam cibatione. Immo semper circa quantitatem cibi exhibendam, ad id quod minus est, declinandū magis, quā ad id quod superat, vbi quis recedit à iusta cibi quantitate. Nā quod plus est, noxas interdū in emendabiles facit, quod tñ minus est, facile emendatur. Nā si virtus videatur deficere, illi quo cibando, facile reparatur. Si enim virtus illud sufferret, esset magis necessariū in febribus, ut cibis vltima subtilatione subtiliaretur: sed quia virtus illud non sufferret, oportebit considerare, quod si febris est valde acuta, aut eius status propinquus, relinques virtutem supra humorem, ipsam à cibo relebas. Si au-

Gal. aph. 3. 17.

lib. 1. c. 48.

Auz. 3. the. tras.

L. c. 13.

Gal. 2. vic. ratio.

tex. 48.

Gal. 2. vic. ratio.

tx. 37.

Si autem febris fuerit acuta, sed non valde subtilia regime non in vltimo: nisi apud statum, & proprie in die crisis, vbi vltimo est subtiliandum. Si vero chronica sit, aut chronice propinqua, non detrahas cibum: virtus enim non saluabitur vltimo ad statum, sed in principio sic crassius, et quod prope statum adhibetur, subtilius sit. Concedendum tamen aliquid temporis, regionis, & consuetudinis: etas enim indicat paucum alimentum, & sapius dari. Etientale vero & frigidum tempus multum, & raro. Verum autem medium paucum, & ex longo interuallo. Autumnno vero qui febricitant, si vires valide fuerint, multum & repetitum alimentum requirunt. Præterea prescitos quia humidam & calidam substantiam habent, plurimum ab ipsis desfluere est necessarium: ex quo plurimum alimento indigent, adolecentibus autem minus de cibo conuenit, minus etiam consistentibus, & minus ad huc senibus. Senibus autem vltimi senij & si parum de cibo conueniat, illud partiri debet: non enim possunt longam dietam tollerare. Corpora etiam biliosa, & proprie quando sunt assueti comestioni plurima, quando non cibantur, in sincope incurrunt, si sunt debiliū virium, & quandoq; in mortem. Et si sint virium fortium, cadunt in extenuationem & ariditatem. Omnis enim cuius calor innatus est fortis, aut valde debilis non potest cibum dimittere. Et qui angustas habent venas, exigui sunt sanguinis, nec longam in ediam ferre possunt. Quibus vero venarum latæ his sanguinis copia est, & sine noxa in ediam ferunt. Illis etiam qui in diebus cibari consueuerunt, bis prisanam dare oportet. Illis autem qui semel, semel. Si vero qui semel cibari consueuerunt, bis cibari, ex pediat, ad secundam cibationem paulatim est procedendum. In prima enim quod satis est dabis, quod vero pro secunda cibatione exhibeas: minimum sit, deinde paulatim secundam cibationem augebis: Et id per longum tempus

b
Auc. f. l. 4. t. 2.
e. 8.

Hip. et Gal. aph.
L. 17.

K
Hip. aph. I. 14.
Auc. f. l. 4. t. 2. c.
8.
Gal. 2. tem. c. ix.
c. 68.

tempus efficias, donec ambæ cibati. res sequentur. Hora autem cibationis, sed hora qua solitus est comedere. Neque cibandum donec sex perfecta egrediantur. Formam autem victus indicatis ex facultate & morbo similitudo ad id quod ex his duobus magis referat, cum videtur forma est attendendam, crassum ne vel subtile esse debeat, vel mediū liquidum, vel solidum. Potus etiam ratio eo modo quo cibum indicatur. A morbo, vitibus, & reliquis coincidentibus. Ad febris igitur formam pro eorum medella attendere oportet, an simplex sit, an composita; an cum loco affecto, an diutina, vel hectica. Quod si simplex fuerit, humoris afferet indicia, ex quo genita est. Si vero composita, ex quot febribus simplicibus componatur, considerandum: extortidem enim humorum multitudo indicabit, & illi humores significabunt, nūquid morbus longus an breuis sit futurus. Si ergo febrientes intemperie laborant, per contrariam excessum sanabuntur: si causa quæ febrem excitauit, absit. At si in generatione ad huc febris sit, causa quæ eam accendit, est sub mouenda. Sin pars eius genita est, & pars eius in gignendo, primo quidem sub mouenda est causa, quæ eam accendit, deinde febris quæ ab hac est accensa, extinguitur. Aut enim febris est absque humore, & tunc complexio tantum permutatur. Sed si cum eo fuerit, ipse euacuabitur: & plerumque hoc sufficit. Si per moram febris præteritam malam complexionem ibi non relinquit. Tunc enim post humoris euacuationem necessarium erit, ipsam permutare. Si ergo mala complexio ab humore relicta, firma siue impressa fuerit, ex contrario absolute curabitur. Sicuti in tertiana damus aquam frigidam, vt extinguat. Si vero sit in termino, vt ab humore generetur, erit curatio cum præmissione seruationis, prohibendo causam: quemadmodum euacuamus in quartana cum eleboro, & in tertiana cum schamo-

E nis:

Hipp. Gal. I. vic. 2.
tio. ix. 2c.Ausc. f. I. 4. 1. 2.
c. 8.Hipp. Gal. I. vic. 2.
tio. ix. 3c.

Gal. 2. cris. c. xi.

Gal. 8. meth. c. I.
Infi.

nio: Ut accessiones in his febribus accidentes prohibeamus.
 Aut mala complexio est futura fieri, & sic sola causa de-
 bet prohiberi: sicuti præparatum ad quartanam, propter
 melancholiz dominium euacuamus cum eleboro, & præ-
 paratum ad tertianam propter coleræ dominium cum col-
 lagogo medicamento. ¹ Vera enim curatio hecticarum &
 ephimerarum febrium est: earum vero febrium quæ ex pu-
 trescentibus humoribus sunt præuisio, hoc est causæ ex-
 pulsio. ² Qui enim febrem putridam seu materialem curare
 vult, necesse est putredinem inhibeat. Et sic duæ intentio-
 nes se offerunt altera à febre, altera a putredine: & rursus
 à febre duæ, vt portio febris quæ iam facta est, curetur, quæ
 vero in generatione est, in hibeatur, & a putredine alia duæ
 erūt intentiones: quod putredinis factum est, sanare. Et
 quod in generatione est, sistere. Quod autem est in putresce-
 ri, id facit, prohibita trāsspiratio siue obstructio: à qua alia duæ
 indicationes summūtur vna ad id quod obstructum est, per
 id quod obstructionē tollit: alia ad id quod futurum est, vt
 obstruat. Et istud curabitur si affluxum obstructentium succo-
 rum impediamus. Et ab hoc vltimo curatio est incipienda.
 Qui enim obstructionē volunt aperire, non euacuata prius
 abundantia, maiorem obstructionem faciunt, & maiorem
 affectum. ³ Indicatio enim à causa in febribus putridis, prior
 est, altera tamen negligi non debet. Si tamen ambæ indica-
 tiones eedem sint, agendum sine dubio. Si vero indicatio à
 causa & febre contraria remedia exposcant: tunc si magni-
 tudo febris intollerabilis ægro sit, si vteremur regimine cau-
 sæ febrē aueremus: si vero febris sit mediocris ita vt dū cau-
 sam abscindim9, vires nō cōcidēt cōmodus erit hic pcessus,
 altero non neglecto: viriū etiā considerationē habētes. Ita
 vt tria sint præcipua, à quibus agēdorū indicatio summatur:
 febris, causa, & vis. Febrē & causā cū viribus cōparādo, vnā
 præ-

Am. f. 4. l. c. 2.

f
Gale. II. m. c. 2.
prope fi.

f
Gal. II. m. c. 10

preferendo, quæ calidior sit, vel quæ à viribus, vel quæ à causa, vel quæ à febre, alijs nō negligas. Preferendo semper eā indicationē, quæ à viribus sumitur, quædo imbecilliores sunt, quæ veluffertant cause & febris præiudicia. Causam autem extirpabilis, sanguinē mittendo, & humores peccantes expurgando, per aluam, & per vomitum, urinā, & sudorem, si vero sola remanet distemperies, per contrarium curabitur. Hoc autem eum modo fidei. Si enim calidum morbum amplius refrigeremus, ex calido in frigidū transferemus, si minus refrigeremus, ex morbo calido aliquid relinquemus. Vt igitur alteratio cum mensura fiat, sciendum temperamētū præcedens, quando sanus orat, & quantum ab illo recesserit, si enim hoc multum sit, vehementioribus egebit contrarijs: si vero minus, de contrario minus requireret.

Gal. 10. met. c. 1.

Aul. f. 1. 4. t. 2. c.

7.

Ga. 9. met. c. 15. e

c. 233.

SCHOLIA.

Sic febris essentialiter passio calida est, sicca vero non essentialiter, sed ex eiusdē caliditatis effectu, ut est omnium medicorum vulgata conclusio, quo modo Hippocrates no documento essentiali non prouidet, cibum frigidū admittens: Et prouidet siccitati, quæ febrī neq; essentialis, neq; aded familiaris est, consulens cibum humidum: inquit enim prima apho. sect. apho. 16. victus humidus, febricitantibus omnibus confert. In super cum omnis medella per cōtrarium debeat fieri, & immediatius frigiditas febrī contrarietur, quam humiditas, dicere debuisset, victus frigidus & humidus febricitantibus omnibus confert. Quibus satis fiet ex Galeno. 11. met. c. 2. dicente solum febrium immaterialiū, puta ephimerarū & hecticarū verā esse curationē, sola alteratione per cōtraria: earum vero febriū quæ ex putrefcētibus humoribus fiunt, non solam alterationē sufficere, requiritur enim in eis, causæ abcessio. Vt colligitur ex eodem

Galeno. II. metho. c. 10. qui enim febrem putridam seu materialem curare vult, necesse est, vt putredinem in hibeat. Vnde ad has febres duæ intentiones seu indicationes sunt sumendæ, vna ab ipsa febre, vt febris est. Altera à putredine siue causa, à qua febris dependet. Et quæmadmodum in febribus immaterialibus curandis, intentio solum ad ipsam febrem est, ita in febribus materialibus præcipua intentio, & à qua prima indicatio sumitur est causa abscissio. Teste Gal. 10. meth. c. 1. cum igitur victus frigidus putrefactione augeat, humores inspissando, in febribus materialibus est suspectus. Et idem iudicium de potu faciendum est. Et hæc est causa, propter quam potus frigidus intempestius in febribus materialibus, adeo interdicitur, vt bellum inter medicum & ægrum videatur: ne in frigidati potu causa febris inspissetur, eiusq; resolutio & coctio impediatur. Quamuis enim aqua febrili, vt febris est conueniat. Respectu causæ contraria est: veluti si febris putrida sit ex glutinosi crassiq; humoris obstructione. Vt asserit Galenus. II. metho. c. 9. & idem Galenus. 10. metho. c. 7. non solum frigidum vidum timet in febribus materialibus, sed in hecticis, in quibus non timet humectationem. Cum enim caput curationis earum in in frigidando & humectando constituat: duplici remediorum genere, quæ intus scilicet & extra alterant. Subdit hæc verba. Ab ijs generibus tentandum est, propositis hoc loco febribus tum humiditatem, tum refrigerationem comparare. Verum refrigeratio, quia per efficacissimam qualitatem inducitur, & parui temporis est, est periculosa: contra siccitatis per ea quæ humectant curatio, vt longi temporis est, ita minus est quam refrigeratio periculo exposita. Quod si cibos in frigidantes in febribus putridis concedimus, hoc non fit, indicationem primam quæ à causa summitur ad implendo, sed secundam, quæ à febre summitur. Licet enim hæc non
adeo

ad eod̄ p̄cipua sit sicut prima, negligi tamē omnino nō de-
 bet, sed aliquatō ad impleri: cōm aliquo febrē aliquatiter
 temperanti, & cōtionem humoris nō impediēti. Quod
 lactucis, & amigdalatis, & aliquo in frigidanti potu, sicuti a-
 qua ex ordeo decocta ad implemus aut ptisana. Quam Ga-
 lenus libro de ptisana dicit a commodatissimam. Quod igi-
 tur febribus immaterialibus in frigidans & humectans cibis
 cōpetat, materialibus vero nō absolute, sed in quantū
 febres sunt, colligitur ex Galeno. 9. metho. c. 14. cuius ver-
 ba sunt. Omni febrī quo febris est, humectatio refrigeratio
 remedia sunt: ac si sola sit, ad in frigidandum humectādūq;
 omnē medentis consilium veluti ad finem dirigitur. Quam
 sententiam amplexatus fuit Aberrous. 7. colliget, hęc pro-
 ferens verba. In febribus quæ nō habēt resistētiā suā
 medicationi, quæ quidem sunt solæ, frigiditas & humiditas
 in omnibus in grāssum habet, secundum modum medici-
 næ & cibi. Ex quibus verbis argumento à cōtrario sensu cla-
 re colligitur, quod in febribus quæ habent resistētiā suā
 medicationi, videlicet materialibus: quæ nō sunt solæ, sed
 cum materia, frigiditas & humiditas nō ad eod̄ liberum in
 grāssum habent: saltim de frigiditate intelligendo, neq; per
 viam cibi neq; per viam medicinæ. Victus vero humidus fe-
 bribus omnibus tam materialibus, quam immaterialibus cō-
 uenit. Cum hoc enim quod siccitatem medetur, cōtionē
 in materialibus febribus nō impedit. Quo fundamēto mo-
 tus Hipocrates, vniuersalem illam sententiam protulit. Vi-
 ctus humidus febricitantibus omnibus cōfert: quasi dicat
 tam in febribus materialibus quam immaterialibus victum
 humidum cōpetere. Neq; Antonio Musa (illum aphorif-
 mum exponenti) assentio, qui tam de victu frigidus quam
 de humido legendum putat: atq; Hipocratem quia breui
 loquum frigidum victum nō declarasse ob id quod vulga-

tissimum est frigidū febribus conducere protullisseq; de humido victu tantum, quia humidum febribus competere, non adeò vulgatum est. Quim inuicem credendum potius Hipocratem ex industria frigidum victum omisisse, utpote febribus putridis obuiantem. Si enim dixisset. Victus frigidus & humidus febricitantibus omnibus confert, fatium dixisset. Vnde humidam dietam propalauit. Cum eius vsum securiorem nouerit, frigidā vero quod non parum discriminis habeat, & limitationibus indigeat, silentio præterijt. Oportet enim frigidam post coctionem propinare. Neq; credendum eisdem remedijs febribus materialibus & immaterialibus posse satisfacere: quidquid dixerit Luperius, libr. 2. sui in chirid. c. 1. sub humido victu frigidum intelligi, quia apud græcos latius nomē sit humiditas, quam apud Latinos. Quamuis, ei assentio, in quantum dicit, non omnem victū humidum febricitantibus conuenire, nisi moderate humidū. Si enim adeò superflue humidus esset, ut coctionem impediret non conueniret.

DE FEBRIBVS EPHIMERIS,
SEV DIARIIS TRACTATUS
secundus de causis
sign. febr. ephi.
Caput. I.

Gal. I. ar. cu. c. ij.
c. 367.

b

Gal. 3. dic. dec. c.
Nij. c. 616.

PR I M O de ephemeris febribus sermo est habendus, quia simplicissima sunt. ^a Quæ quamuis breuis terminationis (per diem scilicet) non idè morbi acuti sunt. quia periculo prorsus vacant. ^b Nequè de substantia diariarū febrium

brium est de riaz vocabulum, aut per diem tantum durat, sed clarioris breuioriq; doctrinae gratia, ab eo quod saepius contingit, indimus nomen. Et enim ultra viginti quatuor horas prorogatur: vt contingere solet propter frigus ex aere ambiēti, aut propter aliquam vñtionem extrinsecus ad motam. Et ad tertium diem potrigi potest sub dia- riae specie. Sicut in febre ephimera ex obstructione poro- rum, si materia obstruens nimis sit impacta, & in venis non adsint putridi humores. Non enim putrida dicenda, cum in venis putrefactio non sit: neque hectica, cum ca- lon praeter naturam non sit in habitu, ergo dicenda est ephi- mera, aut quartum genus febrium putridarum ponendum est: quod nō est dicendum. Et ad plures prorogatur dies cum intereissione, & in accessionum forma, vt ephimera ex naucaetina facietate: in qua sunt periodi quatuor, & se- ptem, cum hoc romē febris ephimera est dicenda. Et am- plius potest prorogari: licet non sub ephimerae specie. E- rit autem proprium atque in separabile signum huius per- mutationis ephimerae in aliās febres, quod febris ephime- ra quietem integram subsequente non habet, et in hoc transitu ad aliās febres. formuiam ab utroq; extremo diffe- retē summit. Et licet harū curatio in prōptu sit, earum cog- nitiō maiore exigit diligentia & pauci exquisitissimam earū cognitiōne tradunt. Significabunt ergo febres ephime- ras in separabili signo, quod à causis praecipientibus prin- cipium habeant: non tamen earum proprium signum erit, quoniam alijs febribus competere potest: erit tamen sig- num proprium & inseparabile coctio in vrina, illi quo pri- mo die apparens. In quibusdam enim suspensiones in- natantes, in alijs subsidentiae bonae, in alijs autem nebulae: & omnes bene coloratae. Si enim hipostasim albam leue & qualē pinealē habeat, quae cor. cussa per vrinae motū cito ascen-

Gal. 9. met. c. 1. c.

216. 217.

Ani. f. 1. 4. t. 1. c.

34.

Gal. 9. me. c. 1. in

Princ.

Gal. 1. dif. f. c. viij

c. 125

Gale. 9. me. c. 1. c.

215.

Gal. 1. ar. cu. c. ij.

c. 367.

Gal. 1. dif. f. c. viij

c. 124.

2. cris. c. xij.

c. 532.

ascendit, & vrina quiescente cito descendit ad priorem locum, non solum ephimeram significabit, verū signum erit, quod febris omnino cessabit: neq; in alterius speciei febrō transibit. Cum quo signo quidam asserit nunquam vidisse in diebus vitæ suæ contrarium. ^l Est etiam proprium & inseparabile signum pulsus statim ad magnitudinem & celeritatem effatu dignam accedentes, & frequentes: Neq; adeo per externam quietem, sicuti per internam, ita vt frequentia, minime seruet proportionem secundū externam quietem. ^m Immo si pulsus febricitantium sint magni & vehementes, iudica febrem esse ephimeram: si contractio non properet. Si vero febris ephimera cum altero affectu componatur, mixtam esse oportebit pulsus mutationē. ⁿ Veluti si febris diaria complicetur cum humore mordicanti in stomacho, aut si fuerit ipsa febris ex causa debilitante: tunc nō est necessarium, pulsus esse magnum. Et in febre diaria festinat dilatatio & tardatur contractio, quoniam necessitas euentationis est vehementior quam necessitas educendifumos: ^o Ita vt sistole minime crescat in celeritatē, & si crescat id parum est: Proprium etiam & inseparabile signum earum est calor suavitas. ^p Calor enim omnium ephimerarum vaporosus est, quibusdam in primo contactu, quibusdam vero posterius, & omnibus ipsis absunt maligna accidentia. ^q Inseparabile etiam signum febrilium ephimerarū est ascēsus in compressus, tam in pulsu quam in calore: quāuis non proprium, quoniam hecticis etiam conuenit. ^r Et licet in ephimeris ascensus sit in compressus, quandoq; tamen in earum principio accidit similitudo frigoris & horripilationis & pūctio, cuius causa est scilicet vapor mali chimi, & supra dicta velociter remouentur. ^s Huius autem frigoris remedium est panis vino dilutus. De indeq; redire ad febris curationem. ^t Vinum autem propinetur vt cibus sit pe-

netra-

^l
Auenz. 3. theit.
l.c. I

^m
Ga. I. dif. f. c. vij.
- 124

ⁿ
Gale. 3. presag.
exp. c. vij. c. 457

^o
Aui. f. I. 4. t. I. c.
6.

^p
Ga. I. dif. f. c. vij.
c. 124

^q
Ga. 2. cris. c. xiiij.
c. 532

^r
Ga. I. dif. f. c. vij.
c. 124

^s
Aui. f. I. 4. t. I. c. 6

^t
Gale. meth. c.
iij. c. 2. 4

nerantior. Proprium vero datum signum quatuor modo est, cum indore vel rose ad integritatem vel infirmitatem relinquet. Sudor autem hic similis esse debet sudori naturali si enim videris sudorem plurimum, sciasq. febris non est ephimera. Sudor enim ephimerarum est ex superfluo tertie digestionis: & ob id parvus. In humoralibus vero ex humoribus in venis: & ob id magnus. Pulsus etiam in ephimeris æqualitatem naturalem seruat, mollitiæ, & ordinis. Et de eis quæ significant, quod febris sit ephimera est, quod principium eius est facile & leue, & augmentum eius nõ adit supra duas horas, & in statu nõ sunt accidentia vehementia: & contrarium est in putidis. Et post exacerbationem sedatam pulsus pulsui sanorum proportionatur. Unde à prime febris solutione, habiturus es de eis certiore cognitiõne: & vrinæ multo meliores apparebunt post exacerbationem, quàm in principio. Et si in declinatione lauati, nullum horrorem sentiant, secure potes nutrire: quia est ephimera. Est etiam maximum ephimerarum inditium, facilis ægri tollerantia febris. Febris diaria ex obstructione pororum non solum a rebus exterius cutem spissantibus fit, sed etiam à cibis succum glutinosum generantibus: hic enim paruis meatibus adherens, eos obstruit, & fumorum exitus impedit, qui spiritus cordis calefacientes, febrem causant. Hæc autem febris non contingit in corporibus boni & laudabilis succi, in quibus quod effluit per cutem, halituosum est: sed in quibus quod effluit, est acre, mordax & fuliginosum. Fit etiam hæc febris propter cutis siccitatem, aut abstinentiam a balneis, & propter palueris multitudinem, aut propter frigiditatem spissantem, aut propter ablutionem cum aquis stipticis, aut propter adustionem à sole. Et quando fit ex humoris crassi impactione in villis venarum & orificijs ipsarum, est proprie febris ex obstructione. Minoratur in ea resolutio,

F & mul-

Am. f. 1. 4. p. 1. c.
 9.
 Gal. 1. dif. f. c. viij
 col. 124.
 9
 Am. f. 1. 4. t. 1. c.
 6. in fin.
 2.
 Isaac. 1. feb. part.
 2. c. 2.
 Gal. 2. cris. c. xij
 c. 532.
 b
 Am. f. 1. 4. t. 1. c.
 6. prope fin.
 58.
 Act. tet. 2. f. 1. c.
 197.
 Gal. 8. met. c. ij. 2

& multiplicatur repletio, & coarctatio, & privatio respiratio-
 tionis. Contingit etiam febris ephimera ex oppilatione nō
 in meatibus sed in instrumento, veluti ex apostemate vel
 nascencia rei alicuius. Et hæc febris quādoq; recedit, & red-
 dit propter fixationem oppilationis: quæ est causa quod fiant
 accessiones, & frigus, & horripilatio. Neq; in ephime-
 ra excutis infrigidatione sequitur, quod quāto magis infri-
 gidabitur, magis febricit: non enim sola causa agēs ad id suf-
 ficat, nisi aptitudo etiam passivi consideretur. Contingit enim
 ut qui magis refrigeretur minus febricit: ob id quod passum
 aptitudinem non præstitit, ad febris impressionem. Imō &
 qui magis refrixit, non febricit, quia in alium affectum in-
 cidit: videlicet quia factus fuit attonitus, tremulus, vel con-
 uulsus: ut accidit Alexandro, dum in fluuio Sicilia tempore
 æstiuo se lauaret. Eit etiā ephimera excutis obstructione,
 ex multa exercitatione aut dura frictione. Significabit fe-
 brem ephimeram ex obstructione cutis, quod in primæ ac-
 celsionis remissione non fuerit vacuatio satis magna: &
 certius obstructionis argumentum habebis, si ex nulla ma-
 nifesta causa alia febricitauit. Si enim febris ephimera ex
 nulla alia manifesta causa est, & est longe declinationis: tūc
 iudicatur quod sit ex cutis obstructione. Significat etiam fe-
 brem ex obstructione cutis, quod cum primum tetigeris
 ægrotum, modicum caloris senties, post deinde fortem.
 Nam cum cutis obstructa sit, non apparet via calori: quan-
 do autem manus moram fecerit, pars corporis quæ tangi-
 tur: parum calefit: & pori dilatantur: & calor febrilis mani-
 festatur. Et si obstructio multa sit, & succi multi crassi &
 glutinosi, fieri non potest, ut intra terminos diarie perman-
 neat: transibit enim in putridam. Impossibile nanque est,
 humorem crassum viscosum sine ventilatione non putre-
 fieri. Si vero obstructio obquam sit febris mediocris est,
 quan

Auic. f. l. 4. t. 1. c.

33.

Gal. cau. procat.

c. ij. c. 390.

Gal. 8. meth. c. ij.

c. 198. perpeffiff.

Gal. 8. met. c. 4. c.

203.

Auic. f. l. 4. t. 1. c.

xxx. ij. c. 2.

Haliab. 8. Theo.

c. 3.

DE FEB. EPHI. TRACT. SECVN. 51

quauis vitiosus sit succus, neq; in primo die neq; in principio secundi signa putredinis in pulsu, neque cruditatis in vrina ad sunt: si tamen protrahatur declinatio, de febre putrida suspitio est habenda: quemadmodum si ad dissolutionem festinat, & halitus quidam & sudores exierint, vel multa bona vrina, & signa bona in pulsibus, illa sine dubio erit febris diaria. ^l Hoc vnum commune habent cum hecticis diariæ, quod nulla illarum amplius sit. Differunt autem quod ephimeræ, factum calorem in leui affectu, hæctice vero factum calorem habent in habitu ægre solubili. ^m Ephimera ex tristitia, cura, & ira, & ebrietate, pulsus cõmuniter est exquisitè seruans ordinem naturæ & æqualitatē, & molliem: & paruus est: & vrinæ naturales digestæ & bene coloratæ. Et si affectus ad huc remanet, aliæ pulsus differentia distinctionē declarabūt. Quod si affectus sint sedati, & sola maneat febris, ex pulsibus nõ distinguetur, sed ex alijs distingues. Nã illi qui ob tristitiam febricitant, calorem habent potius acriorem quam multum. ⁿ Erit etiam signum igneitas vrinæ oculi etiã decliues ad clausionē, facies tẽdēs ad citrinitatē. ^o Illi vero qui ob irã febricitāt, potius multū calorem habent quam acriorem: & extenuatio est maior, in ijs qui ob tristitiam, quam qui ob curã februnt, & maior decoloratio. Illis vero qui supersue vigilarunt, facies subtumida est & palpebras vix à tollere possūt. ^p Illis qui ob lassitudinem, cutis est sicciõr ante declinationem, indeclinatio ne vero humida. Et in hac febre ex lassitudine est plurimum nocementum in spiritibus vitalibus & animalibus. ^q Ephimera ex cogitatione differ ab ephimera ex angustia, & tristitia, in hoc, quod neq; oculi sunt decliues ad clausionem, sicuti in angustia, neque ad exteriora sicuti in ephimera ex tristitia, sed medium tenet inter ambas. ^r Qui ex seruore solis in ephimeram inciderunt ijs cutis magis ad caliditatem & siccitatem, quam pulsus ad febrilē vergit dispo-

Gal. 8. met. c. 4. c. 202.

Gal. 8. met. c. 9. c. 214.

Gal. 2. cris. c. xiiij. c. 532.

Ani. f. 1. 4. t. l. c. II.

Gal. 2. cris. c. viij. c. 533.

Ani. f. 1. 4. t. l. c. 23.

Ani. f. 1. 4. t. l. c. 14.

tionem. Sunt enim parum sitibundi, & quam primum manus admouetur, vicens calor percipitur: ita vt caput deuri videatur: & plus vtilitatis, & delectationis, à balneis frigidis recipiūt. Et oculi in his calidiores & rubicūdiores sunt. Ita vt venæ in eis sint plenæ & extenæ in tēporibus & tota facie, & per hoc distinguntur ab illis, qui ex causa frigida febricitant. Hi nanq; grauedinibus & distillationib9 infestatur. ¹ Fit etiam febris ephimera ex somno & quiete hoc modo: per motum & vigiliis resoluuntur vapores, cum ergo prolōgatur somnus & quies, vapores qui ante resoluebātur, spiritus calefaciendo faciunt febrem. ² Et febris diaria quæ fit ex gaudio, similis est ei, quæ ex ira, & sicuti illa curatur. ³ In ephimera ex tumore præter naturā seu bubone pulsus est magnus, sunt enim ibi duo morbi calidi, nempe apostema, & febris, vrina vero est alba: colera nanq; & sanguis quæ vrinam colorant, ad locum apostematis declinant. ⁴ Et si à causa manifesta fiat bubon febris facilis est. Si vero non à causa manifesta sed à viscerum inflāmatione, praua est. ⁵ Contingit etiam febris ephimera ex bothor. ⁶ Inedia etiam paratissima est, febrem diariam efficere. Et offensissima est calidis & siccis naturis siue à primo ortu ex proprio temperamento tales sint, siue ex cibus regione, & alijs sit acquisita. ⁷ Quæ febris biduo in ediam patientibus necessario excitatur: cum enim per in ediam biliosi fiant, & mordens halitus & succus per sensibilia membra ferūtur horrores & rigores faciant, quibus cute constipata, fuliginosa (quæ ante transpirabant) retenta, febres accendunt. ⁸ Imo ex longiore inedia acerrimis acutissimisq; capiuntur febribus, à quibus facilior in heceticas fit transitus, & in torridum marem. ⁹ Ex syncopi etiā febris ephimera fit: nā quādo syncopis accidit, cōtingit in spiritib9 agitatio, & eorum calefactio, & ex cōsequenti febris. Est etiā ephimera ex siti. Quæ magis & citiq; accidit, quā ex fame, ppter defectū aquæ. Cū

aqua

f
Gal. I. dif. c. 14.
c. 134.

t
Aui. f. I. 4. t. I. c.
19. C. 20.

y
Aui. f. I. 4. t. I. c.
21.

x
Haliab. 8. theo. c.
3. inf.

y
Gal. apbo. 4. 55

z
Raf. 30. conti. f.
388. c. 3

a
Gal. 10. met. c. 5.
in princ.

b
Gal. 10. met. c. 3.

c
Gal. 8. met. c. 2. c.
195.

aqua sedari deberet caliditas in vaporibus & spiritibus. Est enim ephimera ex euacuatione. Post ventris enim solutione contingit motus spirituum superfluis, qui inflammati febre faciunt: idem contingit ex medicinis solutius superflue calefacientibus. Et eodem modo ex venae sectione febris ephimera fit, propterea quod remotis vaporibus humidis & sanguine, quod restat fumosum & colericum efficitur, & spiritus inflammantur. Eos vero qui nauseatiuam facietatem passi sunt, aliquando febris sequitur, aliquando vero non. Nam qui iam humores habent vitiatos, & male diffantur, facile a febribus corripuntur: eos vero qui bonos habent humores & bene diffantur, & quiescunt, non balneati nec exercitati, & ventrem vegerunt, impossibile est febricitare. In eisdem enim partibus ventriculi atque hepatis residet cruditas, & paulatim concoquitur. Non enim si quis male cocoxit, necesse est spiritum flatuosum sequi, neque morsum, neque multam humidam deiectionem, neque febrem. Cum vero homines inedia viuentes se repleuerunt, aut a multo cibo se balnearunt: cum ciborum qualitates ad frigidum & humidum vergant, rigores potius horridi quam cum vibratu sequuntur, qui aegre recalescunt. In ephimera ergo ex nauseatiua facietate, pessima cruditas est nidorosa. Et peior si albus astringatur, & peior si neglecto consilio manendi in lecto, ad solita munia se conuertat. Et in illis, quos diaria excruditate male habet, increseit calor febrilis: ex surgendi frequentia: Quod si etiam dolor acrosus adsit, magis in crescet. Significabit autem eam quae a causa calida, incidium in stomacho & hepate, calor & amaritudo in ore. Neque solus ructus nidorosus significat nauseatiuam facietatem a causa calida, poterit enim ex cibis illud contingere, sicuti cum quis quid nidorosum aut melleum comederit. Neque cum est ructus acidus, est necessario intelligenda causa frigida: nam acidus cibus & acerbus id plerumque facit. In externis enim

Axi. f. I. 4. t. I. 6
29. 32.

Axi. f. I. 4. t. I. 6
25.

f
Gal. I. dif. f. c. iij.
c. II. 8.

g
Gal. 3. simp. cau. 6
v. c. II. 2.

h
Gal. 2. simp. cau.
v. c. 85.

i
Gal. 8. met. c. v. 6.
20. 4.

k
Halia. 8. the. c. 3

§4 DEFEB. EPHI. TRACT. SECVN.

hoc videre licet, vinum nanq; à calido acidum fit & ferme-
tum etiam in aere calidiore acrius efficitur. Eisdem effe-
ctus in dictis contingere solet, si ab aere gelido refrigerata
sint. Si ergo ex multo cibo contingat, quia plus solito co-
medit, hæc febris per multo dies fit mansua. Ita vt putrida
febris videatur. Ex dolore etiam febris ephimera causa-
tur, quando adeò spiritus calefacit, vt ipsos multum inflam-
met. ^m

*Alex. Tric. l. 12.
c. l. p. 687. C
691.*

*Aur. f. l. 4. t. l. c.
27.*

SCHOLIA.

NULLAM propositionem magis vulgatam ac facill-
ter concessam in medicina reperio, quam diastolem
seu dilatationem in febribus ephimeris maiorem esse sistole:
neq; ratione apparctiori fulcitam. Cum enim sola auctio sit
caloris absq; putredine, natura maiorem dilatationem seu dia-
stolem sollicitare debet, propter caloris refrigerium, quam
sistolam siue contractionem. Si vero dictam propositionem
experiri volumus, difficilis admodum apparet: eo modo
quo duorum motuum super æquale spatium vnum altero
esse maiorem, apparet difficile. Quauis illud affirmet
Galenus in dormientibus. 3. de causis pulsuum, propterea
quod in eis maior est necessitas fumos expeliendi, quam
calorem refrigerandi. Quod autem cum dicta disparitate
dilatationis & contractionis dilatatio & contractio super
æquale interuallum fiant, affirmat Galenus: vno tantum ca-
su excepto, quando scilicet pulsus rhytmum subito mu-
tat: tunc enim possibile est vnã dilatationem contractio-
ne sequenti per maius spatium fieri, dilatationes tamẽ quæ
istam contractionem sequuntur, impossibile est, nõ esse su-
per æquale spatium. Propter quod quidam huius dubij dif-
ficultatem fugientes dixerunt, Galenum per maiorem dia-
stolem

stolem in ephimeris quā sit sistoles, intellexisse velociorē.
 Quae opinio in Avicenna fundari potest, qui. f. 1. 4. t. 1. c. 6. de
 signis ephimeræ dicit. Et quādoq; festinat in ea dilatatio, &
 tardatur cōstrictio. Quod exponens Gentilis dilatationem
 esse velociorem, cōstrictionem vero non esse velocem
 intelligit. Et eandem sententiam sentit Isaac, lib. febrium
 parte. 2. c. 1. vbi pulsus ephimerarum, à pulsu sanorum nō in
 alio distinguit nisi in distentionis velocitate & cōstrictio-
 nis tarditate. Cum enim in eis fumorum multitudo non sit,
 tardatur cōstrictio, cum autem sit incendium, natura velo-
 citer arteriam dilatat, vt multum aeris attrahat, vt citius cali-
 ditatis incendium refrigeretur. Nihil dicens de magnitudi-
 ne maiori: quod non videtur ad mentem Galeni. Galenus,
 nanq; vtrunq; sentit in ephimeris adesse, dilatationem ma-
 iorem & velociorem cōstrictione. Quia cum in febre ephi-
 mera vires vigeant, necesse est, si instrumentum obediens
 sit, prius magnitudinem suppleri. Christophorus tamen à
 Vega in suis in Galenum commentarijs, non solum in ephi-
 meris, verum in quocunq; caloris augmento supra tempe-
 ratum, vbi calor purus non fumosus fuerit, cum constan-
 tia facultatis & instrumenti obedientia, distentionem mag-
 nam esse debere affirmat, contractione non aucta: magnā
 autem distentionem in ephimeris intelligit, respectu tempe-
 rate, id est moderata maiorem, & paruam contractionē
 id est moderata minorem. Negat tamen pulsus distentionē
 posse cōtractionē sequentem superare magnitudine: ita vt
 per maius spatium fiat. Impossibile enim putat diastolē & si-
 stolē non fieri supra eosdē terminos: & æquale spatiū. Hoc
 tamē, dubio nō satisfacit. Thomas vero de Garuo in suis in
 Galenū commentarijs dupliciter intelligit, diastolem posse
 maiore esse sistole: vno modo vt per maius spatiū fiat, & hoc
 assentit

asserit posse vna pulsatione fieri: alio modo intelligit diastolem posse maiorem esse sistole: id est, vt arteria distendatur vltra terminum, ad quem distenditur tempore sanitatis, nõ perueniente contractione vltra terminum ad quẽ tempore sanitatis peruenit. Ad quem sensum dicit intelligi debere Galeni dictũ in ephimeris: quod scilicet à pertio arterie peruenit ad terminum, ad quem insanitate non perueniebat, contractio autem non est maior quam in sanitate esset. Et eandem sententiam tenet Herculanus. f. 1. 4. r. 1. c. 6. Quibus non obstantibus dubium difficile remanet. Tum quia contractio difficilime & à paucis cognoscitur: & qui eam attingunt, non nisi in valentissimis pulsibus eã cognoscere valent, vt testatur Galenus. 3. de dignoscendis pulsibus. cap. 3. in fine, tum etiam quia difficilimum est, duorum motuum contrariorum super æquale spatium, vnum maius altero asserere. Supposito tamen quod istorum motuum principiũ sit à virtute cordis & arteriarum & virtus per distentionem intendat maiorem aeris quãtitaem pro refrigerio atrahere, quam per contractionem fumos expellere, ad dubium potest responderi: quod in ephimeris dilatatio dicitur maior contractione, sine & intentione nature, quanuis in veritate spatia per quẽ ambo motus fiunt, æqualia sint. Possumus etiam dilatationem in ephimeris maiorem contractione asserere, quia arteria per maius tempus dilatata manet, quam maneat contracta. Quo tempore cum natura plurimum aeris intendat attrahere, & arteria per maius tempus maneat dilatata, aerem frigidum inculcabit. Contractio vero est minor, quia per minus tempus arteria est contracta: cum sint pauci fumi expellendi. Et hoc est quod asserit Galenus primo de different. febrium. cap. 7. dicens quod in ephimeris sunt pulsus statim ad magnitudinem & celeritatem ascendentes & frequentes. Sed non adeò per
 exte

externam quietem sicuti per internam. Per quæ verba evidentiſſime aſſerit, longiorem elle quietem quæ ſequitur dilatationem, quam quæ ſequitur contractionem. Verumtamen plus de aere frigido attrahat, arteriam per minus tempus apertam tenet. In contractione vero cum ſint pauci ſumi expellendi, citiſſime eos expellit, abſq; hoc quod ſit neceſſaria arteriam per multum tempus contractam tenere. Et ſic quævis æquale ſpatium per tranſeant motus dilatationis & contractionis, vnus maior altero dicetur, non quantitate ſpatij ſed duratione attractionis actis. Si febris ephimera morbus immaterialis eſt, quomodo in ea hi poſtaſis, & ſudor poterunt ſignificare? Ad quod dicendum hi poſtaſim in ephimera non ex vi ephimeræ eſſe deciſam, neq; ephimeram ſignificare, tâquã ſignum ab ea cadens: ſed in quantum vitium in humoribus excludit, & ex conſequenti febrem putridam. Quin imò hi poſtaſi ſignificanti quod humores naturaliter ſe habent, ephimera ſignificatur. Et quanvis poſſibile ſit in aliqua febre putrida in principio hi poſtaſim apparere, vt in aliqua tertiana breuiſſimè terminationis, non tamen apparebit in principio primi diei, quod ſemper in ephimera contingit: præterquam in ephimera ex nauſeatiua ſacietate, in qua vrinæ cruditas ratione alterius affectus eſt, pura cruditatis. Semper enim in ephimera in quantum ephimera vrina in colore ſedimento, naturali ſimilis eſſe ſolet, niſi ex altero affectu contrarium contingat. Et eodem modo ſudor in ephimera ex calefactione mæbroſum procedit: eo modo quo in diſpoſitione naturali ex aere calido ſudamus, aut à vaporibus qui in febris declinatione deferuntur ad poros, aut ab humiditatibus ſecúdis, ex eo quod præ membrorum nutrimento propter eorum debilitatem ſuperest, & expellitur. Propter quod in ephimeris ſudor ad eò paruus eſt: in quo à putridis febribus differt, in quibus ſu-

dor multo maiori quantitate esse debet, cum sit ex humori-
bus in venis contentis. Quamvis quidam ex eo sudorem in
ephimeris contingere dicant, quia spiritus quando ad reso-
lutionem festinant, cutem duriores reperientes, in aquae
naturam conuertuntur. Quos multis medijs reprehendit Ste-
phanus Atheniensis. I. ad Glaucum. pagi. 21.

DE CVRA FEBRIVM EPHIME- RARVM. CAPVT II.

OMNIVM igitur ephimerarum febrium dieta ex ci-
bis boni succi esse debet, & qui omnino concoquatur.
Si autem ex obstructione sit, praeter id talis esse debet, vt nu-
quam exiguis meatibus inhercat. Quoniam febriciens est
salsus, propter quod non concoquit, aut tarde concoquit.
Vnde subleuetur regimen. Et melius quidem est, vt postpona-
tur cibatio vsq; ad declinationem, secus in patienti ephime-
ram ex labore, angustia, aut fame. Imo si aegri temperatura
calidior & siccior sit, in ipso febris insultu possunt nutriri.
Optimum ergo alimentum pitisana erit: & maxime in cor-
poribus calidae & siccae complexionis: cum hoc enim,
quod infrigidat, & humectat, sitim extinguit: & nullum ex
tribus excrementis detinet, neq; halituosum quod per po-
ros diffatur, hoc enim faceret; quod haberet astringendi
vim: pitisana vero si hominem cum ea exterius laueris, absterget
sicut mel: neq; detinet excrementum humidum, quod per
vrinam, neque siccum quod per secessum. His qui ex labo-
re & ira februnt cibis infrigidet, & humectet, his vero qui
ex frigore, qui minus alat, & moderate calefaciat. Quibus
vero ex vigilia, cura, & tristitia, qui humectet, & somnum
conciliet. His qui ex fatigatione. Qui multum nutriat, vi-
num

^a
Gal. 8. met. c. iij.
c. 199.

^b
Aui. f. l. 4. t. l. c.
9

^c
Gal. 8. met. c. ij. c.
198.

num in ephimeris omnino vtilior est quam aqua, ut patet co-
 stipem leuans: vtiliam & sudorem prouocans. Ita si au-
 tem cibum tenuerit: nam si iuuam prauam est omnibus febris
 habentibus. Eo quod vehementer calidum. Quamuis
 qua frigida non prohibeatur in principio rei: infrigidare
 nim, & virtus est fortis, quare non timetur debilitas vir-
 tutis. Et si sit debilitas in visceribus, molius est, ut non mul-
 tum ex ea bibat. Et illis qui ex vigilia, cura, & tristitia fe-
 briunt, magis incipide vinum datur, & maxime his quos
 tigatione sunt affecti. Inanis autem minime visum compe-
 tit, nisi ab affectu liberi omnino fuerint. Imo potus aqua
 frigida febrem extirpat: sicut accidit in quodam iuvene ex
 ira febricitanti sub canicula. Qui cum in prima accessione
 multam aquam frigidam bibisset, statim quidem vomuit
 flauam bilem, & deorsum etiam exegit, deinde cum post
 cibum iterum multam aquam frigidam bibisset, febricitan-
 re desit. Et cum ira minui ceperit, in balneum aut semi-
 cupium intret, aquam calidam continens in domo balnei:
 deinde in aquam frigidam, subitoq; egrediatur, & prohi-
 beantur omnino a vino. Et in ephimera ex angustia viri
 plurimæ commixtionis conuenit. Et qui ex comestio-
 nestione ciborum calidorum ephimeram habent, vinum
 non bibant: imò postquam febris quicuerit, bibant aquam
 ordeci, & comedant acetosa: sicuti granata muza: & venter
 soluatur ex prunis, tamarindis, & saccharo summatq; situpū
 acetosum simplicē. Ista enim febris & quæ ex vini potione
 fit, citissimè in putridā trāsīt. Et si irati vinū bibere velint,
 misceat illud cū succo granatorū. Neq; dandū vinū in ephi-
 meris, si caput doleat. Neq; his qui ex cute nimis cōstipata
 febricitāt, si plenitudinē habeāt. Si tamē parū est cutis desā-
 ta, vinū est dādū: vt eius calore aperiat̄ porī. Vbi autē mul-
 tū est desā, nō sufficiet vinū, aperire poros: imò humores li-

Gal. 8. met. c. 11. e
199.

G. 4. 3. ratio. vic.
ix. 4.

Au. f. 1. 4. 1. 1. 1.
9.

Au. f. 1. 2. 1. 1. 1.
66.

Gal. 10. met. c. v.
c. 1. 4. 6

Au. f. 1. 4. 1. 1. c
16. c. 12.

Raf. 10. al. c. 2.

Orina. morb. cuti
ra. 1. 3. c. 2. pag.
115.

que faciēdo mittit eos ad poros, & obstructionem augebit.
 Si autem hæc differatur febris, timor est, ne in putridam cō-
 uertatur. Vnde sanguis extrahendus est, & copiose si ætas,
 tempus, & virtus consentiant. Hæc enim febris quam cæte-
 re magis stōtoma eget. ^m Et non properes ante euacuatio-
 nem, ad aperiendum meatus, illud enim fortasse est cau-
 sa ad attrahendum & inuiscandum humores in eis. ⁿ Ahus
 in quocunq; euentu negat vinum in ephimeris ex obstru-
 ctione pororum, imò quod cibus & potus non sint calidi:
 ideo concedit aquam mellis & ptisanam. ^o Neq; conuenit
 vinum in ephimera ex calore vel ex vstione: sed aqua frigi-
 da multum confert. Neq; in ephimera ex gaudio, ea ratio-
 ne qua non conuenit iratis, sed vti balneo. ^p Qui etiam ex
 lassitudine phlegmones febre ephimera laborāt: quæ per
 plures horas & dies viget, abstineant à vino primis diebus.
 Imo apomeli dandum, leuiter enim refrigerat: in hac enim
 lassitudinis specie sanguis calidissimus est, & febrem accen-
 det vehementissimam: nisi sanguinem detrahentes, ægri-
 tudini occurramus, vnde mature & multus est extrahend⁹.
 Et nisi quid aliud vetet, vsq; ad animi deliquium. Nat rien-
 dus est cucurbita, lactuca, aut ptisana: Et loco carniū da-
 pisces saxatiles. ^q Quod si carnem dare velis sit pullorum
 aut hedi: quoniam virtutes eorum sunt debiles, quare non
 oportet vt confidant posse digerere, quod prius in dispo-
 sitione sanitatis: sed minus illo. ^r Aqua autem quæ in ephi-
 mera ex lassitudine conuenit, sit quæ vrinam prouocet, ne
 q; detur, dum ex labore sudat, illud enim perniciosissi-
 mum est: neq; immediate post sudor is remissionem. ^s Neq;
 conuenit vinum in ephimera ex ebrietate, sed succi frigidī
 dandi sunt cum frigidissima aqua mixti: Neq; in ephimera
 ex cruditate, si vires constant. Et maximè si temperamen-
 tum sit calidum. Si enim cruditas ex calore est, vinum crudi-
 tatem

Halia. 3. praef. c.

2. n

Ani. f. l. 4. t. 1. c.

33. o

Raf. 30. conti. f.

387. c. 3.

Aui. f. l. 4. t. 1. c.

38. c. 21.

Gal. 4. san. tu. c.

xviii.

Ani. f. l. 4. t. 1. c.

24.

Cor. cel. l. 1. me. c.

3. pag. 63.

Raf. 10. alm. c. 2

tatem auget: & si venter superflus fiat, ita vt vires de-
 ciant, hinc rosati dabitur. Si autem nulla caliditas in ventri-
 culo offenderit, vinum sabinum propinandum: quod ali-
 quam habeat astrictionem. v Neq; obuenit vinum in diaria
 ex apostemate seu bubone, sed tenuius alimentum. Neq;
 in ephimera ex somno & quiete, bene tamen in ephimera
 ex vigilia. Neque in ephimera ex dolore, mouet enim cau-
 sam doloris, & eam augendo febrem auget. Est deniq; in-
 tentio in omnibus diarijs febribus duo facere: primum resi-
 stere causis extrinsecis, eas efficiēti: secundum vero calidam
 & siccam complexionem remouere, in frigidando & hu-
 medtando. Hoc autem aut fit per medicinas & cibos in fri-
 gidantes, aut fit per balnea calida aut tepida. In ijs enim fe-
 bribus vapores in spiritibus multiplicantur per totum cor-
 pus: qui nisi per balnea resoluantur, & ad cutem trahantur,
 periculum esset in putridam febrem transire. Propter quod
 balnea in eis sunt vniuersalis cura. Febrientes enim ab vs-
 tione ac frigiditate, à balneis maximam vtilitatem sen-
 tiunt: & similiter qui ex lassitudinibus, & qui propter poro-
 rum obstructionem sine angustiam: respirare siquidem per
 poros oportet, & resolui calorem febrilem. Non tamen
 conueniunt balnea, vbi inflammatio aliqua, aut sine inflā-
 matione humoris putredo febrem accenderit: nisi humo-
 res putridi sint euacuati, aut concocti. Quod si balnea fiāt,
 aliquos magis in aere balnei detinere expedit, sicuti in con-
 stipatione cutis, reliqui citissime ab aere balnei remouen-
 di: & si sepius laueris, aut diutius priores in aqua immorari fa-
 cias, non errabis. Dummodo oleo tepido prius & plurimo,
 manibus mollibus perfrices. Alius huic contradicit & rei-
 terandum esse balneum negat, nisi in hominibus assuetis il-
 lud facere. Ad eandem intentionem causa extirpandi &
 distemperiem remouendi, in febribus ephimeris dantur si

Alextr. l. II. pa.
688. 689. 690

Paul. l. 2. c. 26

Aui. f. l. 4. t. I. c.
20. c. 18.

Aui. f. l. 4. t. I. c.

Gal. l. art. cur. c.
ij. auer. 7. colig.
c. v.

Gal. aph. 7. 42.

Gal. l. ar. cu. c. ij.
c. 370.

Auer. 7. col. c. 6.
in princ.

DE FEB. EPHI. TRACT. SECVN.

rupi. Quauis morbi immateriales sint. In ira enim letificandi gratia, & ita exstirpandi, datur sirupus borraginis cum aqua rosacea. Et in ephimera ex vigilia sirupus violatus, aut de buglosa. Et in ephimera ex frigore sirupus acetosus cum aqua calida. Cum ergo febres ex cutis constipatione, tantum modo oriuntur, in corporibus in quibus id quod per cutem distillari solet, non halituosum sed mordax est, præferabunt ab hac febre vapores istos acres & mordaces impediendo balneatio calida, fricatio moderata, exercitationes mediocres, cibi boni succi. Contra vero & ledetia erunt balnea aluminosa, lauatio frigida, frictio dura, aut excedēs, aut nulla, victus mordax, aut lauatiōis abstinentia. Si enim huiusmodi naturas à conuenientibus lotionibus prohibeas, illico feбриunt. Et si causa obstructionis pororum est repletio & multitudo humorum: tunc primo ante alia prope ra ad euacuationem, per venæ sectionem: & si fiat, cum iam non febricit, est melius. Si vero obstructio ex crasso & viscoso humore sit, vena facanda non est. Sed decoctis attenuantibus vtendum. Neq; aperias cum re nimis calida, sed cum sirupo acetoso simplici, aut cum eo qui fit cum seminibus. Aqua autem sit ab aqua endiuizæ, vsq; ad aquã fœniculi. Si vero attenuantia sint fortiter calefacientia: qualia sunt serpillium, calamentum, origanum, Hytopus, & alia quibus ignari medici vtuntur, febres aciores faciunt. Opportet ergo ea querere quæ abstergere, & attenuare possunt, citra caliditatem: sicuti oximel. Quod generose abstergit, & febre non exacuit. Solum autem exhibendum, in quibus cruda crassaq; excrementa herent: & his qui temperamentum frigidum habent & pituitosum: quibus etiam oximeli compositum, & decoctio apij & anisi dari potest. Et ijs etiam cum lauantur, conueniunt exterius, quæ extergant, sicuti sapo, astronitum, & mel. Ita vt alijs in quibus viscositas

aut

Auz. 3. lib. 4. c. 1.
c. 1.

f
Et 8. tract. c. 2. in
pinc.

g
Auz. f. l. 4. t. l. c.
33.

aut crassities à calido & sicco sunt, supra dicta non fiant. Contingit enim in rebus plus iusto assatis aut decoctis, quæ adustione, aut decoctione viscosæ magis & crassæ fiunt, in quibus si oximeli daretur, esset excrementa sicciora reddere & maiorem obstructionem efficere, & ex consequenti febrem maiorem. Vnde in ijs viscus humidus, sicut pitana est optissimus, cui apomeli addatur. Quæ vero ex siccitate cutis laborant, fricandi partius & pinguiet, cum oleo non astringenti vngendi: lauandi autem vberius. Qui ex cutis obstructione, fricandi vberius, labandi autem partius. Et in omnibus huiusmodi auxilijs, respiciendum ad virtutis potentiam. Quauis non adeo egregiam providentiam requirant vires in febribus ephemeris, sicut in alijs febribus: vires enim eis validæ sunt. Consideranda tamen in auxiliorum inventionè corporis temperies, consuetudo, regio, cæli status. Et a parte affecta est etiam lumen da indicatio, sicuti in ephimera ex adustione capitis, ab ipso capite. Obstructionum autem cutis quæ ephimeras efficiunt, quedam per astrictoriam qualitatem solam sunt, veluti per siccitatem ex feruore, aut ira, aut per frigus. Quædam vero ex humoribus exiguos meatus densantibus. Et duobus etiam modis contingunt: aut ex abundantia sola. Quo casu venæ sectio conuenit, aut quia lenti aut crassi. quo casu incisio. Et eos qui ex cutis obstructione ex frigore febriunt, pannis oportet cooperire: deinde in balneum sunt ducendi: antecedit autè balneatio cum aqua, balneationem cum aere. Quauis enim aqua balnei corpus humectet, quod ex ea per corpus imbibitum relinquitur, poros claudit: aer autem balnei post aquæ lauationem, poros aperit & fumos corporis dissoluit. Et fricentur cum rebus dilatantibus, vt oleo anethino, & camomellino.

Nisi di-

9
 Gal. 8. me. c. iij. c.
 198.
 Gal. 12. c. I. pa
 695. 694. 695.
 696.

Gal. 8. me. c. iij. c.
 198.

K
 Gal. 9. me. c. 64
 Gal. 10. me. c. iij. c.
 240.

m
 Isaac. l. feb. p. ar.
 2. c. 4.

n
 Aui. f. I. 4. t. I. c.
 39.

Nisi distillatione aut grauedinem patiatur. Tunc enim non lauandus, donec ista concoquatur. Et post balneum caput oleo calefacienti vngatur. ^o Alius post balneum & ante balneum iubet nardino vngendum esse. ^p Quod si ex aquis a luminumosis constipatio contingat, eodem fere modo quo supra fricetur, & balneetur: donec pori aperiatur, & cutis intumescat, & rubescat. ^s Alius in ephimera ex obstructione cutis a frigore iubet pedes vsq; ad genua in aqua calida immergere, in qua decoquantur hyssopus, sanfucus, abrotanum. Et reliquum corpus inclinetur super vaporem: deinde aqua tepida balneetur, fricando totum corpus, vt pori aperiatur. Et quando cognitum sit, quod pori sunt aperti, balneetur caput cum aqua in qua decocta sint camomilla, & anethum, & olea resoluentia misceantur, sicuti camomellinum & anethinum. Et caueant ab vnctionibus, nisi cum omnis sudor est regressus: ne causa vnctionis pori claudatur. Neq; diu in balneo morentur, bene tamen in aere balnei. Vnde exercitium ijs conueniens est. Et eodem modo sunt exercendi, vbi cutis est astricta: ex aquis aluminosis, non tamen vngendi, ne vnctio poros claudat. ^t Neq; balneum in febre excutis obstructione, & in ea quæ ex facietate fit nauseatua, applicetur nisi in fine rei, & cum sunt pori dilatati, & nauseatua facietas descenderit. Nam balneum ante istud tempus febrem efficit putridam. ^t Si tamẽ in ephimera ex obturatione pororum, a principio arbitaueris, tantam esse in corpore repletionem, vt per frictionem magis obtures, quam aperias: quoniam in talibus corporibus ante quam euacuationes vniuersales fiant frictio offendit, mediet tunc medicatio inter ephimerã & putridam, in sanguinem mittendo, & corpus molificando. Et ad id quod fortius indicauerit recurrendum, secundum excessum a signis consideratum. ^t Et si obstructio malum succum in venis reperiat, & ætas inter

Gal. 8. met. c. 11.
col. 199.

Acti. ter. 2. ser. 1.
c. 62.

Res. 30. 1. m. r. 12.

Isaac. 1. f. par. 2.
c. 4. 5.

Aul. f. 1. 4. 1. l. c.
9.

Aucr. 7. col. c. 6.

inter puerum & senem fit, mittendus est sanguis, etiam si
 plenitudinis sanguinis inditia non ad sint: expedit enim ple-
 nitudine deposita, properare ad obstructions detergen-
 das. Deteriora enim si exterius applicentur, humorem at-
 trahentia, opilationem augent. Et si intus suscipiatur aperic-
 tia, dum sursum feruntur, ex ijs quæ in venis reperiunt, ra-
 pient, & ad opilationes vehent. Sanguis autem mittendus
 est ad obstructionis proportionem. Magnitudo autem vel
 paruitas obstructionis, metietur ad mensuram febris. Et eua-
 cuatione facta ad aperientia te cõuerte: per cibos sicuti pri-
 sanam, & per aperientia medicamenta. Quæ non sint mul-
 tum calida, sicuti oximeli: quod solum aperiendo & conco-
 quendo, febrem non auget. Quod si magna sit obstructio,
 iam non ex diarijs est, sed ex putridis. * Si ephimera fit ex
 nauſeatiua facietate, quia comedit plus solito, fit per mul-
 tos dies mansiua: ita vt videatur febris putrida. Quando igi-
 tur febris excruditate nidorosa à causa calida est, cibi & po-
 tus non sint calefacientes: esset enim disponere eos ad fe-
 bres putridas. Et si hæc cruditas ad helerit ventri, & non des-
 cenderit, nullum remedium præstantius est, quam aquam
 bibere tepidam. Stomachum enim lauat, & excrementa
 extergit, & aduentrem inferiorem vehit, spiritus ex febre
 deprauatos humectat. * Et alius tangere ventrem imperat
 & interrogare, qua nam parte morsus & grauitas sentiat: &
 si in superioribus partibus consistat, dare aliquid quod ip-
 sum erradicet, sicut diatrion pipereon: & si ventrem mor-
 sus vrgent, mitigantibus sicuti oleo fabino, & seuo anseris
 aut gallinæ in vngere. Si vero flatus ad sint, oleo in quo ru-
 ta, & cuminum, & apium sint decocta. † Alius hunc repre-
 hendit, & incruditate nidorosa à causa calida diatrion pipe-
 reon negat. Dicens remedia calida tali affectui non com-
 petere, sed potius contrarijs remedijs curari debere, post-

Gal. 8. met. c. iij.
c. 2c. 2.

Tral. l. 12. pag.
688. 689

Gal. 8. met. c. v. c.
2c. 6.

H quam

^z
Alex. tral. l. 12.
pag. 689. 690.

^a
Alic. f. 1. 4. t. 1.
c. 35.

^b
Raf. Io. aliu. c. 2.

^c
Aet. tet. 2. f. l. c.
68.

^d
Aet. tet. l. f. l. col.
24.

^e
Gal. 8. met. c. 5. c.
205. |

^f
Tral. l. 12. pag.
688. 689. 690.

quam affectus calidus est. ^a Alius iubet ipsum vomere, si aliquid cibi aut aliud in stomacho sit: deinde per ventrū euacuare: consideratione præmissa an sit rectius illud euacuare cum clisteribus & suppositorijs, an cum aliquo ebibito. Et eius remedium est fames & somnus. ^a Neq; adcurandū spectanda est declinatio, immo illiquo venter soluendus sine mora, decoctione fructuum, & nutriendus sola pitana. Postquam vero febris alleuiari ceperit, in balneum ducendus. Quod non est faciendum sine magna cautela. Nam si contingat ægrū horripitationem sentire, illico est a balneo extrahendus. ^b Si vero aluus fluxa sit, & non amplius fluit absinthij oleo venter vngatur: deinde hampsum lanæ imbue tali oleo, & stomacho super pone. Et si os ventris debilius est, masticeæ cum vnguento nardino ad crassitudinem misce, & vnge. Si autem ad huc fluat aluus, vtere pro vnguento nardino oleo omphacino, in quo cidonia per frusta incissa per quadraginta dies fuerint insolata. Et hoc eodem oleo vtere, si post aluum fluxā venter exuratur. ^c Cōfortat enim & stringit multum, & corrigit calidam distemperientiam ventris: nō tamen multum infrigidat, propter vinositatem citonij. ^d Si igitur tantum fuit euacuatum, quantum corruptum: tunc satis erit inungere stomachum, cum oleo in quo absinthium sit coctum, & in remissione febris hominem lauare, & cibare. Si vero magis euacuatum sit quā corruptum, ita vt virtus iam defessa sit, tatis erit hominē absq; balneo cibare. ^e Alius etiam si tales cruditates immoderatus per aluum ferantur, & intestina rodant, eos balnari iubet, & iccoris & ventris regionem vino mellino in vngere, nutritiq; pane & aqua: in qua radix apij parum ebullierit. Si autem caliditas ventrem offenderit, non radix apij sed coriandri. & fluente aluo in ephimera ex cruditate & ventriculo oppresso affectu calido, conuenit medicamē quod

ex enā

ex enanthe, hipocistidos, balaustris, & palmularum carne conficitur. Cruditates vero quæ cum ructu acido sunt, non sequitur febris ephimera. Bene tamen eas cruditates solet sequi febris putrida. Quod si contingat rara est & debilis, immò existimandum est febrem generatam ex æructuatione acetosa, esse propter aliam causam à facietate nau-fatiua. Si vero ructus acidi & à coresà causa calida sunt, cibo & potu in frigidanti est vtendum: immò & alijs crassis duris cibus: & si tales pede bubulo nutrieris, non solum non offendes, verum iubabis. Si autem ructus acidus non à calore, sed a frigiditate originem trahit, tunc potius victus calefaciens propinandus est. In ephimera ex lassitudine omnibus placet balneum adhibere: hoc tamen vbi corpus excrementis vacuum est, nec pectoricum. Si enim aliquem istorum balneaueris, in putridam febrem eum perduces. Et in hac febre ex lassitudine, humectatio petenda est: & sic nõ multum fricandum, neq; oleo vngendam, sed hydrelæo: hoc est aqua & oleo. Magis enim humectat hydrelæum quam oleum. Neq; aqua adeò calida sit, vt sudet. Sudor enim corpus siccius relinquit, immò ex domo balnei calida ad non ita calidam extrahendus, & aqua tepida sudor detergendus. Alius semicupium ex hydrelæo applicat, deinde totum corpus & præcipue eas partes quæ in semicupio fuerunt fricatæ, iubet oleo cui parum vini & salis sit ad mixtum inungere: post quod cibum summat humidum. Alius eum ponit in tina aquæ dulcis, ita vt balneetur totum corpus præter caput. Et in exitu totum corpus fricetur, cum interioribus melonum, vel pulpis ipsorum quando sunt bene maturi. Et si non reperiantur melones, semina eorum pistentur optime, & cū ipsis fricetur totum corpus: vt exeant vapores fumosi, & resoluantur. Alio balneum omnino negat, sed iubet in inclinatione sedere in domo media.

^g
Oriu. l. 3. de mor
cu. c. 2. pag. 116.

^b
Gale. 8. met. c. 5.
in fin.

ⁱ
Auc. f. l. 4. t. 1. e.

34-

^K
Trall. l. 12. pag.
692.

^I
Trall. l. 12. pag.
684.

^m
Tral. lib. 12. pag
685.

ⁿ
Cor. Cel. li. c. 3.
pag. 63.

^o
Auc. 3. t. c. 1. 1. e.
l. c. 1.

Neq; sudet si possibile est, ne inflammetur: neq; estuet neq; anhelare cogatur: sed delectationis gratia ibi se deat, & post ingrediatur semicupium, tepidam continens aquam, & abstergetur: deinde oleo violato tepido vngatur: præcipue iuncture & spondiles, tum dorsi, tu colli. ^p In ephimera ex bubone, si bubon in inguine citra lacescentē seu manifestā causam fiat, multitudinem sanguinis significat: nam & calor in ijs amplior, quam in eis qui à causa extrinseca, & facies rubicunda & tumida apparet. Oportet igitur venam celerri me secare: prius quam humor in inflammato loco putrescat, & febrem putridam accendat, & ante venæ sectionem vtendum repellētibus & stringentibus: post venam sectam laxantibus, & moderate discutientibus. In alijs vero in quibus propter offensionem cruris, facta est inflammatio, curā da est causa. Et in huius febris declinatione absq; medici cōsilio laua & nutre: dum prius prospicias vlceri, quod causa bubonis fuit, & ipsi buboni. ^q Alius in ephimera ex bubone negat omnino balneum fieri. ^r Donec apostema sedetur, & eius igneitas reprimatur ventrem tamen soluit. Quando igitur quod peruenit ad cor ex his inflammationibus, est calefactio sola, & sunt necessaria extinguentia (ne nocet: it apostemati, & faciāt ipsum crudum) infrigidetur via inter ipsum & cor infrigidatione penetrat. Deniq; in ephimeris curandis, contrariū semper debemus afferre, ei quod molestat. Lassitudini quietem, vigilijs somnum, ire, furoriq; atq; tristitiæ in sermonibus, actionibus, spectaculis, animi iucunditatem. Et qui ex cogitatione laborat, rationationes omittat. ^t Febris ephimera quæ ex ira est, maiori indiget refrigeratione, quam quæ ex tristitia & vigilia. Et nulla istarum in diget frictione, sed balneo solum. Et quæ ex tristitia & vigilia, maiori in diget humectatione, quam quæ ex ira. ^v Alius frictionem concedit in ephimera ex ira, cura, vigilia,

^p
Raf. Io. alm. c. 2
in princ.

^q
Act. tetr. 2. f. I.
c. 67.

^r
Raf. Io. alm. c. 2

^f
Auc. f. I. 4. t. I.
c. 36. in. fi.

^t
Ga. I. ar. cu. c. 3.
in fi.

^v
Auer. 7. col. c.
6.

vigilia, & tristitia, phres frictiones negat. Et in ephimera ex v[er]sione non solum in frigidandum, sed humectandum, si cuti in ephimera ex ira. * Et irroretur caput cum aqua rosata parte vna, & olei rosati parte media, & aceti quarta simul in ampulla conuassatis & in frigidatis. 7 Et febricitantibus ex vigilijs prouocetur somnus. Et vinum est ex rebus magis cōferentibus eis, quare sine formidine detur. In ephimera ex ira, balneum temperatum esse debet. * Alius balneum omnino in ea negat: quia ad putrefactionem dispo- neret, & ad apostemata: & epithemetur cor cum origo sit ex corde. 2 Et in omnibus febribus in quibus vehementes animi motus, corpus iusto calidius efficiunt, & scouapius can- tilenas mimosq; redicularum terom, & melodias quasdam fieri iubet, alios vero venari, & equitate, atq; armatos exerci- tari. b Et si diaria ex vini potu sit, indeclinatione balneum ingrediatur, & super caput eius multa aqua super fundatur: & succi frigidi dādi sunt, cum aqua frigidissima mixti. Si au- tem in capite sit grauitas, & in oculis rubedo & extēsis, san- guis extrahatur: aut ventosæ apponantur: vēterq; soluantur, ex succo fructuum. c Et quādo hæc febris ex vini potu for- tis facta est, da succum granatorum muzorum: & aquam ni- uis. Et extrema ipsius fricentur: quiescant, & dormiant. Et su- per caput eius aqua irroretur multa, & tepida, odoresq; fri- gidos naribustrahat. d Si autem ephimera contingat pro- pter ieiunium, in statu febris nullus cibus detur, præter suc- cum granatorum, indeclinatione vero ptisanam dato, & in balneū mitte: & cū corpus sudare inceperit, oleo violaceo vnge, ne humiditas exhalet: parum nutritēdus. e Alius iubet, vt indeclinatione balneetur & plus, immò oleo tepido fri- cetur: & detineatur in calido folio & rursus viribus resectis in balneū ducatur: & ægressus postquā aquā calidā biberit ptisana & piscibus nutritendus. f Alius in ephimera ex fame

x
Ga. 8. met. c. iij. e
198. 199.

y
Raf. 10. alm. c. 2.

z
huic. f. l. 4. f. l. e
16. c. 18.

a
Scrap. t. 6. c. 7.

b
Gal. I. san. tuen. c
xj. c. 258.

c
Raf. 10. alm. c. 2.

d
Hali. 3. pract. c. 3.

e
Isaac. l. feb. par.
2. c. 7.

f
Acti. tet. 2. f. l. c
65.

& siti, triticum fractum aqua mixtum & niue in frigidatum propinat: & paulatim multam aquã frigidam bibere iubet: deinde in aquam tepidam ægrum mittit. Si autem prædictum triticum non sumpserit, & febris sit in statu, solam aquam frigidã paulatim summat: & in declinatione lauetur. ^g
Raf. 10. Alm. c. 2.
 Alius eos qui ex fame febriūt, in principio cibari: cibo infrigidanti & humectanti dicens, q̄ per talem in principio cibationem, multoties impeditur febris. ^b Alius vero nõ cibum primo, sed sorbitiones selas in ephimera ex fame & siti propinat. Et post balneum iubet vt vngantur cum oleo violarũ & rosarum, & cucurbite. ⁱ In ephimera ex dolore sedetur dolor: deinde regatur cura ephimeræ quæ sit ex labore. Et non detur vinum. ^j In ephimera ex venæ sectione aut ex ventris laxatione, opus est, vt corpus humectetur, & nutriãtur cibus frigidis & humidis. ^k In quibus sint pontica & stipica, & in eorum stomachis ponantur emplastra confortãtia calida. Tepida nanq; præter id quod mollificant, resoluũt virtutẽ, & ad id confert lana infusa in oleo nardino ex pressa ab oleo, & super cor & hepar ponãtur, quæ ipsa infrigidet. ^l Et in ephimera ex catarrho interdicitur balneum, donec catarrhus concoquatur: & post balneum vngatur caput oleo nardino, si ex frigore sit. ^m Alius sanguinem mitti iubet in ephimera ex corriza seu catarrho, aut apponi vëtosas, & a vino & carne abstinere, & tussi sedata & ventre soluto balneo vti. ⁿ
Auc. f. I. 4. t. I. c. 26.
Actius. Tetrab. 2. f. I. c. 63.
Raf. 10. Alm. c. 2.
6. 2.

S C H O L I A.

CIRCA diariæ ex ira curam, maximè dissonant sapiẽtes. Galenus enim 8. metho. c. 2. prope finem balneum concedit, quod tepidum esse debere, affumat Auicena. f. 1. deinde

4. t. c. 16. rasis vero decimo Almanfor. c. 2. primo calidum
 dicinde frigidum esse adhibendum asserunt. Aliabb. 3. pra-
 ctice. c. 5. balneum aquae tepidae primo rōcedit in quo post
 quam aliqualem moram cōtraxerit iubet, aqua frigida cor-
 pus irrorari, si aestas fuerit. Serapio. 6. breuiarij. c. 7. omne bal-
 neum omnino interdicit. Auerrous. 7. colliget. c. 6. plures
 frictiones fieri iubet. Galenus 8. meth. c. 5. plures frictiones
 negat. Vbi idem Galenus post balneum, corpus oleo tepido
 largiter ungendum, aut infundendum imperat in quo nul-
 la sit astringitio. Auenzoar. 3. thei. tracta. 1. c. 1. post balneum,
 succis frigidis iubet fricandum totum corpus cum interiori-
 bus melonum quando sunt bene maturi. Et si melones nō
 sunt, cum seminibus eorum pistatis. Qui ergo infebrientibus
 ex ira balneum concedunt, ab illa vniuersali propōsitione
 Galeni. 1. defebribus. ad glauconem ansam sumunt, vbi
 vniuersaliter omnibus febribus ephimeris balneū aquae ca-
 lidae concedit. Cuius rationem assignat Aberrous. 7. collig-
 get. cap. 5. quia per talia balnea distemperies sicca membrō-
 rū, per febrem impressa extirpatur. Et quia cum in ijs febrī-
 bus multi vapores cum spiritibus multiplicentur per totum
 corpus, nisi per balnea resoluantur, & ad cutim trahantur,
 esset periculum, febrem ephimeram in putridam sub roga-
 ri. Propter quod balneum vniuersalis medicatio febrium
 ephimerarum est. Qui vero balnea refutant calida, tepī-
 da vero concedunt, sicuti Auicena, timent spirituum ve-
 hementem motum ad exteriora, ne superflue spiritus re-
 soluantur. Quae ratione balnea calida nocerent. Vtibi-
 dem notat Gentilis. Ratio vero serapionis balneum ne-
 gantis est, quia balneum ad putrefactionem disponit: &
 ad febris permanentiam, & ad apostemata. Et hanc se-
 rapionis sententiam confirmat Niculus Florentinus, tra-
 ctatu secūdo summa. 2. sermon. 2. capit. 9. quia si balneum
 iratis

iratis adhibeatur calidum, spiritus inflammabuntur, & ad exteriora maiori impetu trahentur. Quod si balneum frigidum sit, fumiseu vapores retinebuntur: & ad cor retrocedentes ipsum amplius calefacient. Pro quorum concordia notandum: quod prout colligitur ex Gale. i. de diff. feb. c. 4. col. 117. & refert Herculanus super Auic. proprio capite de ephimera ex ira. In ira duo sunt motus contrarij. Primus est spirituum & sanguinis ab exterioribus ad interiora versus cor: propter quod qui irascuntur, in principio pallidi redduntur, quia totius corporis sanguis cor petens, ipsum accendit, & inflammat, exterioribus partibus sanguine destitutis. Secundus vero motus fit, cum recessu sanguinis & spirituum à corde per totum corpus: ex quo motu membra validiora redduntur, & totus homo rubescit, & inflammat. Per quem motum censet Auicena febrem ephemeram ex ira causari. Quamuis ad febrem sit necessarium, primum caloris motum præcedere. Eius enim verba sunt. Quandoque accidit, propter superfluitatem motus spirituum ad exteriora, in dispositione iræ calefactio superflua, & febris accensa in spiritibus. Quod videtur Auicenam sumpsisse ex Galeno loco supra allegato: ubi hos duos motus contrarios ponit, & per secundum motum, sanguinis scilicet & spirituum ad exteriora, febrem ephemeram ex ira causari. Eius enim verba sunt. Quod si in ira contigerit, ut ea corpora quæ in se caliditate ad miserunt, iugo eam tempore retinere, natura sint apta: licet motus cordis sedetur, in ijs tamen remanet calor præter naturam, atque inde hominem febricitare, est necessarium. Ex quibus facilis erit inter omnes concordia. Dicendo balneum in febre ex ira non convenire, durante ire affectione, & sanguine circa cor ebullienti, neque quando durat primus motus spirituum, & eorundem retractio versus cor. Quo pacto est intelligendus serapio loco allegato. Sedata vero ira

iræ affectione, & spiritibus ad membra reuersis, & ephimera declinante, balneum conueniet. Quo tempore, declinante inquam accessione, iubet Galenus in ephimeris balnea ad hiberi. 8. meth. c. 3. nisi tanta præcesserit colera ebullitio, vt febris putrida suspicetur. Tunc enim in nullo ephimeræ tempore balneum adhibendum. Quia balneum loco ephimeræ putridam febrem subrogaret. Neq; credendum Rasi. 10. Almanforis. c. 2. dicenti in febre ex ira, post balneū aquæ calidæ, balneum aquæ frigidæ conuenire. Neq; Aliab bati qui irrorationem cum aqua frigida, post balneū aquæ calidæ concedit. Cum enim febris istæ vaporibus abundet summa diligentia est procurandum, vt vapores ad cutim trahantur, vt colligitur ex Aberro. 7. colliget. c. 5. & si frigida lauarentur, aut irrorarentur post balneum calidum, vaporum exitus impediretur: ex quo esset periculum ægrum in febrem putridam transmutare. Quamuis sapientum intentio sit, in febre ex ira spirituum velocem motum ad exteriora cohiberi. Propter quod Galenus nō multo balneo neq; multa frictione eos indigere asserit: & eos oleo post balneum perfundit. 8. met. c. 3. vt poros aequaliter occludendo, spirituum exalationem prohibeat non tamen exitus vaporum & fumorum impediatur. Propter quod iubet, oleū non stringere. Ad quod etiam Auicena post balneum temperatum iubet, oleū isiratos perfundere: quod melius esse asserit, quam eos balneo calido calefacere. Vbi Gentilis cum oleo violato, intelligi perfusionem affirmat. Et ad eandem intentionem iubet Abenzoar. 3. Theisir tracta. i. c. 1. post balneum aquæ calidæ totum corpus fricari, cum interioribus melonum quando sunt bene maturi. Et si melones nō sunt, cum feminibus eorum pistatis. Hæc tamē in frigidatio moderata esse debet, cum rebus humectantibus & in frigidantibus, & spirituum resolutionem impediens. Non autem

superflue poros obstruentibus: sicuti aqua frigida faceret. Salua pace rasijs & Aliabbatis. Facilis etiam erit concordia, inter eos qui balnea calida & eos qui temperata esse debere affirmant, dicendo solo nomine eos differre, & non re, Galenus namq; quando balneum calidum concedit, intelligendus non multiecaloris, Auicena vero quando balneum tepidum consulit, intelligendus id esse remisse caliditatis calidum. Et similiter circa frictions veniunt conciliandi Galenus & Auerrous, quando enim Auerrous plures frictions concedit. Intelligendus est, quamdiu primus iræ motus durat, Galenus vero quando plures negat, intelligendus quando per secundum motum, exterius spiritus mouentur. Præter ephimerarum species à Galeno & Auicena positas, multas alias notat contingere sauonarola suo de febribus compendio. tracta. de ephimeris. c. 6. videlicet ephimeram ex veneno, ephimeram ex coitu. Niculus etiam floretinus tracta. 2. ferm. 2. summa. 2. aliam ponit ephimeram ex fecuum retentione, aliam ex humore in stomacho imbibito: quam insurgere asserit, ex maximo conatu ad humorem illum expellendum: ex quo spiritus cordis calefiunt. Aliam etiam ephimeræ speciem ponit Niculus ex sudore emergentem, quam corporibus biliosis accidere asserit, & ut præcedens contingit, ex conatu naturæ ad illos biliosos humores expellendum. Rasius etiam. 30. cōtinētis, folio. 388. aliā ephimeræ speciem refert. Ex bothor, in cuius medella maiorem stationem in aere balnei consulit quam in aqua: eo quod magis in diget pororum à pertione, quam humectatione. In qua febre consulit Rasius quod detur paucus cibus & subtilis, non multum sanguinem generans: quia talia corpora plena sunt. Et si ex bothor non est magna quantitas, vinū concedit: quia poros aperit. Si autem ex eo magna sit quantitas, vinū negat. Quia licet poros aperiat, addit adreple-

tionē & ad bothor. Est autē bothor teste eodem Rasio. lib. diuisionum. Inflat' ones paruz cum mordicatione: cuius plures numerat species. Aliam etiam ephimerā speciē scribit Amatus Iulianus ex pruritu, inter multas ephimerā species centuria. 3. in scholio curationis. 99. Herculanus etiam. f. 1. 4. t. 1. c. 6. aliā ephimeram sentit ex vaporibus à locis cenosis, aerem pestilenti qualitate inficientibus, quam exitialem esse asserit, quia possunt ex inspiratione aetis pestilentis spiritus cordis & ipsum cor à qualitate venenosa comprehendī, & corrumpi: antequā noui spiritus regenerentur, & ex cōsequēti accidet mors, eandē Herculani sententiā cōfirmat Hieronymus Mōtu9 ex cōciliatore. Decipitur tamē herculanus in secūda propositione, quādo asserit, ephimerā posse mortale esse, quāuis nō pestilēs sit. Neq; venenosa qualitas cordi imprimatur. Quod hoc medio herculanus pbare credit. Cū enim ephimerā morbus sit, & operationes naturales ledat, aliquantulum virtutē minuendo: si hominē debilissimū reperiat, neq; vltiorē debilitatē ferentem, ipsum occidet. Casus enim Herculani metaphysicus est, prāter id quod est falsus, & Galeno cōtradicens: dicenti calorē ephimerā vires non prosternere, saltem vt possit hominē quam tumuis debile resoluerē, si cor & spiritus venenosa qualitate nō afficiātur. Neq; ex Hipocrate neq; ex Galeno, aut alio ex græcis vnquā reperi, particularē ephimerā speciē, particulares spiritus sibi vēdicare: sed absolute omnē ephimerā calorē prāter naturā in spiritibus cordis productū appellarūt. Auicena tamē. f. 1. 4. t. 1. diuersis ephimerā speciebus diuersas spiritus inflammationes adaptat. e. enim. 38. inde ephimera ex calore hæc verba scribit. Est prima suspensio eius cum spiritu animali: cum primum quod eo leditur, sit caput. Capite etiam. 43. de ephimera ex cibis calidis subdit. Est sicut illa, quæ est ex sole, & secundum plurimum est

cerebralis & in spiritu animali. Et illa quæ fit ex balneo est cordialis & in spiritu vitali. Similiter illa quæ fit ex cibo, est hepatica, & in spiritu naturali. Et miror Hieronymum Motum, qui in suo de febribus compedio diuerse ab hac Auicene sententia opinatur: & dicit diariam ab aere calido vrenti, in spiritu vitali accendi, cum pro sua imaginatione nullum adducat authorem. Isaac vero, lib. feb. parte. 1. c. 3. tertiam sententiam à supra dictis duabus diuersam scribit, in febre scilicet ephimera quæ fit ex calore solis, in vtriusque spiritibus vitali & animali calorem accendi: non autem in naturali. Et idem Isaac supra. c. 4. loquens in ephimera quæ fit causa frigiditatis, dicit talem febrem supra hepar dominare, & supra virtutem naturalem: quæ non est aliud quam spiritus naturalis: propter quod fit color eorum plumbeus & obscurus. Ego vero in omnibus ephimeræ speciebus omnium spirituum species accendi credo in productionis termino. Tum quia nullus ex antiquis græcis (quibus vera in medicina distinctio debetur) aliquam in hoc distinctionem facit: tum quia similem habent passibilitatem & substantiæ modum: ut ex eorum raritate comprobatur: & quia sunt iuxta positi, ut idem Auicena testatur. f. 1. 3. c. de melancholia. Vnde aut nullus spiritus accenditur, si causa calorem præter naturam imprimens, debilis sit, aut omnes simul accendantur, maxime cum ad esse febrium ephimerarum requiratur, spiritus incaluisse. nullam spiritus differentiam excludendo. Neque signa adduci possunt distinctiua, per quæ cognoscere possimus, hanc spiritus speciem accendi, altera non accensa: quamuis ab effectu sit possibile, cognoscere hos vel alios spiritus debiles esse factos. Neque ad febrium ephimerarum medellam quidquam præstabit, ista spirituum impertinens consideratio. Cum enim omnes ephimerarum species per alterationem curari debeant, ad omnes spiritus alteratio dirigi debet.

bet. Qui tamen cupit Auicenam, Isaac & alios hoc modo opinantes saluare, sic eos intelliget. Quod in aliquibus ephimerarum speciebus aliqua spirituum differentia magis & intensius accenditur reliqua: quamuis omnes spirituum species accendantur. Verum quia origo siue membrum principale a quo tales spirituum species emanant, magis afficitur vel fatigatur, ob id diuersitas contingit: sicuti in ephimera à solis ardore, in qua caput seu cerebrum spirituum animalium origo & fons est. In ephimera ex ina, cor: quod vitalium spirituum est origo, & in ephimera ex cruditate seu ciborum corruptione, hepar: quod spirituum naturalium fons est, si spiritus naturales ab alijs distincti debeant poni. Quamuis in febribus ephimeris similitudo quaedam accessionum frigoris & horripilationis & punctionis sit, vt refert Auicena de ephimera ex opilatione, & de ephimera ex nauisatiua facietate. Tamē in omnibus febribus ephimeris ascensus ineo aptus esse debet, sicuti in hecticis, cum vtraque immaterialis sit, unde neque verus rigor nec vera horripilatio in ephimeris contingere potest. Hoc namque ex humore fit, auenis supra membra sensibilia expulso: in ephimeris autem fiet ratione vaporum vel chimorum corruptorum, qui ex opilatione aut cruditate resolvuntur: unde velocissime remouetur. Ad quem sensum inquit Auicena, quod in ephimera ex nauisatiua facietate esse possunt: quatuor accessiones & septem: id est quatuor vel septem febres ephimeras, ab eadem nauisatiua facietate originem trahentes. Quod verisimile est, hoc modo fieri. In prima ciborum corruptione vapores putridi ex ea soluti, spiritus cordis retrahentes, & aliquantulum submergentes, similitudinem quandam frigoris faciunt, & eisdem calefacientes, febrem vnius diei vel minorem. Iuxta ciborum corruptorum multitudinem aut corruptionis qualitatem, ex cibo autem qui primo fuit corruptus, mala qualitas

ni stomacho fuit relicta, aut simul cum ea cibus corruptus relinquitur, in tunicis stomachi imbibitus, quæ cibum sequentis diei corrumpunt, & aliam ephimeram eiusdem speciei faciunt, quæ declinans, dispositionem corruptionis ad tertiam cibationem relinquit. Et sic prima nauseatiua facietas per septem febres ephimeras potest extendi. Non enim credendum est, unam & eandem ephimeram ad septem dies prorogari. Quod autem febres illæ non sint putridæ, ex facilitate caloris, & ex pulsus maxima similitudine cum sanorum pulsû, & quia in eis putredinis notæ non sunt, faciliter cognoscitur. Et eodem modo in ephimera ex opilatione dicendum est, primam febrem causari, ob spirituum inflammationem ex prohibita transpiratione ab opilatione præcedenti: resolutis ergo vaporibus ex opilatione, & spiritibus extinctis, iterum eadem opilatio ab humore de nouo aucta, potest iterum respirationem impediendo spiritus calefacere: & aliam ephimeram eiusdem speciei cum prima causare: donec vel in putridam febrem diaria transeat, vel in hecticam. Hæc tamen non sunt veræ accessiones vt colligitur ab Herculano. f. 1. 4. tract. 2. c. 33. vbi duos accessionum modos scribit, vnum communem. Quem dicit redditum febris similis primæ, propter causam corpoream disponentem ad secundam: ad quem sensum ephimeras accessiones facere dicit. Proprium vero accessionis modum appellat, redditum febris similis primæ, ob id quod ex causa humoralis & coniuncta, remansit vestigium disponens ad secundam: & atrahens ipsam ad locum determinatum, vbi prima causa primam febrem facit. Siue vestigium sit humoris cinis, siue distemperies ad humore putrefacto derelicta, quo modo sola febris putrida accessiones habet.

DE FEBRIBVS CONTINENTIBVS
ABSQVE PVTR

dine tractatus tertius.

de Causis febris

cura earum Caput vnum.

Q VANDO febris ephimera nimis prolongatur, ne habitu, sed in sola dispositione: neq; putrida, neq; hectica est dicenda. Aut igitur erit diaria aut quartum genus febriliū erit ponendum. Quod quamuis ponatur, & dicatur, febris continens, nomine tantū & non re differt ad diaria. ^a Alius diariam esse negat: Quia calefactum primum in ea est humor. Negat etiam esse putridam, quia nō est in ea putredo, sed febrem conclusam esse dicit, quæ neq; est ephimera, neq; hectica, neq; putrida, sed quartū genus febriliū. ^b Nō necessatio ephimeras sequitur, potest enim incipere, quando in corpore pleno plures vapores retinentur, & non resoluntur, & prohibetur respiratio, & increfcit caliditas: non impressa in spiritibus, sed in sanguine. ^c Cuius ab initio vsq; ad finem est vna sola exacerbatio. Contingit corporibus bono habitu præditis sanguineis, & in ætate calida, & sanguine calefacto & non putrefacto; solo feruore caliditatem excitante. Quæmadmodum vinum nouum feruere solet in dolijs. ^d Et cum ex sanguine calefacto vapores eleuentur: neq; omnes exhalent, sed aliqui retineantur, necesse est eos qui retinentur, febrem conseruare, & mēbra quæ tagūt adurere. Propter quod necesse est etiā, harū febriliū continentiū tres species resultare, si enim vapores qui eleuatur æquales

Galien. met. c. I. in fin.

Auic. f. I. 4. t. 2. c. 43.

Auic. f. I. 4. t. I. c. 33. in prin.

Act. tit. 2. f. I. c.

70,

æquales sunt ijs qui resoluuntur, febris continens æqualis procedet. Si vero quod ex vaporibus elauatur, plus est quã quod resoluuntur, augendo procedet. Quod si quod eleuatur ex vaporibus, minus est quam illud resoluuntur, febris minuendo procedet. ° Sanguini autem peculiare est ex ipsa febrem posse contingere ex sola calida intemperie, ante quam putrescat. Colera namq; , flegma, & melancholia nisi putrescant, aut per partes sensibiles ferantur, neq; tertianam, neq; quotidianã, neq; quartanã efficiunt. Quod videre est in morbi regij affectibus, & diuturnis in splene aut hepate imbecillitatibus: quibus non necessario febris adest. Nisi colera aut melancholia putrescant. f Flegmate autem redundante solus rigor sine febre, nisi putrescat, contingit. Quod antiquis impossibile visum fuit. Alius ex colera effere uescente, in calidis & siccis temperaturis febres contingere concedit, bile non putrescente. s Alius ex atrabile quam uis non putreat. Eo quod humor sit frigidus & siccus, & putredini maximè resistens. b Significant hanc febrem continentem sine putredine pulsus æqualis, magnus, vehemens, velox, & frequens non mordacis caloris, & vrina & pulsus à notis putredinis multum recedunt, in quo à febribus putridis differunt. Quamuis cum continentibus putridis conueniant in hoc, quod non modo ad accessiones modo ad remissiones se conuertant. i In quo cum hecticis etiam communicant. Differunt tamen ab eis, quia non habent calorẽ mordacem & siccum sicuti hecticæ. K Signa etiam quæ hæc febrem sine putredine præueniunt, sunt rubor, calor in superficie, corporis fatigatio, & grauitas membrorum ex plenitudine eorum. Est enim huius febris proprium extendere & inflare, ita vt febris inflatiua dicatur. Et hæc est febris quæ variolas antecedit. l Quamuis alius febres variolarum & morbi-

e
Ga. 9. met. c. 3. in
prin.

f
Ga. 2. dif. f. c. v.
c. 140.

g
Acti. tra. 2. f. l. c.
x. in prin.

h
Refer. tra. l. 12
c. p. 698.

i
Gal. 3. meth. c. 3.
in fine.

K
Trall. 12. c. 4.
p. 728.

l
Isac. l. 7. viati.
c. 4.

& morborum putridas afferat. ^m Accidit ex plenissima vi
 cturatione, & habitui corporis carnoso & dento, sangui-
 ne abundanti, & complexione calida. ⁿ Propter quod cōstrin-
 gitur in ijs febribus anhelitus ex multa venarum repletio-
 ne: ex quo inuenit aeger inflammationem & dispneam. Et
 imprimitur maximus calor in cor. ^o Et fortasse accidit velu-
 ti dispositio aſmatis, ex multitudine sanguinis: & quia vapo-
 res ascendunt ad pectus & pulmonem. ^p Maxima ergo con-
 tinentium febrium remedia detractio sanguinis & potio fri-
 gida sunt. Festinare igitur oportet ad sanguinis missionem,
 antequam sanguis naturam grauando, suam bonitatem a-
 mittat, quam si semel amiserit, impossibile est, quod non
 putrescat: & hoc præsidio omisso, in maximum periculum
 incidunt: nisi virium robore copiose sudet, aut sanguis ena-
 ribus stillat. Si igitur vires permiserint & ætas, vsq; ad ani-
 mi defectum, sanguis mittatur, si tamen aliquid istorum de-
 ficiat, quod deficit, iteratione suppleatur. ^q Quod oportet
 bene considerari, indicatione sumpta ab affectu. Duo enim
 quibus vsq; ad sincopim vena fuit secta, illico periire, pro-
 pter virtutis imbecillitatem: alij in morbos longos sicuti ma-
 lum habitam, & hidropem, orthopneam, apoplexiam deli-
 ria, & iecinoris & ventriculi imbecillitatem. ^r Alius incon-
 tinentibus febribus absq; putredine, nunquam vsq; ad sin-
 copim esse euacuandum affirmat, hoc motus fundamēto,
 quia ars debet imitari naturam: natura autē per crisiſim non
 euacuat vsq; ad sincopim, immò à mala crisiſi tales euacua-
 tiones proueniunt. Virtus enim expulſiua in eis plusquam
 conueniat expellit. Et minus debet fieri euacuatio vsq; ad
 sincopim in febre sanguinis cum putredine: impossibile est
 enim, vt nō remaneat putrefactio vsq; ad septimum: neces-
 sarium est ergo, vt virtus remaneat ad concoquendum hu-
 morem, qui putrescit. Et quia intentio euacuationis in febr-

Aut. f. I. 4. t. 2.
c. 43. in fin.

Gal. 9. met. c. iij. c.
218.

Aut. f. I. 4. t. 2.
c. 44.

Sera. tra. 6. c. 12

Gal. 9. met. c. 4.
in fi. c. 5. col.
224. 222.

Gal. 9. met. c. 10.
c. 228.

bus putridis est ad sanguinem putridum, cum respectu ad seruandum non putridum. Quo modo ergo fiet euacuatio vsq; ad syncopiam, naturalem sanguineam retinendo melius est ergo, vt aliquantulum maneat de calore extraneo, quam quod calor naturalis multum diminuatur. ^f Siquid autem incontinentibus febribus euacuare per venæ sectionem prohibuerit, alijs vtendum remedijs, quæ aperiant, & humoris copiam euacuent, & mitigēt febris ferborē. ^t Quo casu remedia maximè pugnabunt, refrigerantia nanq; & si febrem temperent, causam febris puta plenitudinem detinebunt, ne resoluantur. Quæ vero plenitudinem resoluunt, rarefaciendo, calida sunt, & febrem siue distemperiem augebunt. ^v Euacuandum ergo cum decoctione prunorum, tamarindorum, & pasularum, & tereniabin & cassia fistula, & post naturæ lenitionem da aquam ordeï. Et si cum ijs natura non lenitur, administra clistere lenitiuum, factum cum decoctione camomile, & violarum, & sebesten, & ordeï ex corticati, & altheæ, & saccharo rubro, cū oleo violato aut sesamino & sale. Potus autem sit aqua prunorum, si natura sicca sit & cucurbitæ. Et si vehementer venter soluitur, da eis sanic ordeï, cum trochiscis de spodio. Et longa ab ipso saccharū, & da ei in potu rob granatorū & rob citoniorū. Et ad pectoris constrictionem & inflammationem fiat emplastrum ex cinere arundinum & althea, & sandalis albis & cāphora, cōfectis cum aceto: aut ex rasura cucurbitæ, cum farina ordeï & aqua rosarum & aceto: quæ ponantur pectori & stomacho. ^x Quando autem remediū per sanguinis missionem fuit omissum, aut propter medicorum ignorantiam aut propinquorum timorem, frigida potio est exhibenda: quæ gelida sit, & ad ægri facietatem, si nocumentum quod ex ea sequitur, leue est: Sin magnum timetur, ab ea abstineñdum: alijsq; auxilijs aperientibus & mittigantibus vtendū.

Incom-

^f Aucr. 7. col. c. 8

^t Oriat. sinop. c. 17.

^v Gal. 9. metho. c. 7 c. 222.

^x Serap. traus. c. 12.

Incommoda vero sunt cruditates humorum crassorum seu lentorum, & offensa cuiuscunque particulae debilitatem habentis & inflammatio in aliquo principali membro. Quod si aliquod istorum sit, curanda non est.

Gal. 9. met. c. v. 6

222.

S C H O L I A.

HIERONYMVS Montanus suo de febribus commentario, lib. 3. c. 13. consulens demente Galeni in febribus continentibus sine putredine, maximum auxilium esse sanguinis detractionem, etiam si a principio neglecta fuerit. Galeni sententia serapionem refragari, siue reclamari affirmat. Quasi ex eo intellexerit, quod si a principio venae scissio fuerit omissa, quod non fiat. Cum serapio. 6. Breuiarij. c. 12. de eisdem febribus loquens, a principio venae scissionem concedat. Quam usque ad syncopim fieri iubet, si virtus illud suffert. Et parum post, haec subdit verba. Et non oportet ut consideres in numero dierum, quando virtus est remanens: tunc enim non sis contentus venam incidere in sexto aut septimo, immo in reliquis diebus sequentibus. Si autem cogaris in aliqua hora prohibere extractionem sanguinis, administra regimen iuuatiuum: quod aperiat opilationem, & incidat & sedet ebullitionem sanguinis. Quibus verbis serapio clare in febribus continentibus iubet venam incidere & pluries, etiam si sit omissa, & plures dies transactae vult tamen virtutem constantem esse: cum indicatio a virtute omnes alias vincat. Teste Galeno. 9. metho. c. 13. neque omissa in principio venae scissio in febribus continentibus, tanta est occasio sanguinis extrahendi, quanta fuit in principio. Cum enim in principio sanguis solum calefactus sit, viresque sint integre, maiorem sanguinis extractionem sufferent: diebus vero post principium transactis,

fieri nequit, vt non putrefcat, cum nullum calidum & humidum corpus ex ijs quæ foris sunt, imputrescibile cernimus. Vt inquit Galenus. 9. metho. c. 5. qua d̄ causa festinare iubet ibidem Galenus ad sanguinem detrahendum. Et hæc eadē sententia ex Auicena colligitur, secundum nouam vellunē sis trallationem. f. 1. 4. t. 2. c. 7. dicente. Et scias quod phlebotomia, non est de eis in quibus expectatur digestio, expectatione quæ est in solutiuis: & non expectatur digestio nisi in

// humoribus alijs. Sed cum posponitur phlebotomia a principio ægritudinis, tunc non phlebotomes in statu, cum non sit ei intentio. Fortassis enim debilitabit virtutem. Et parum post subdit. Et cōsiliū est, vt dimittatur tūc phlebotomia, quantum possibile est: si autem non est possibile, tunc multiplicatio numeri est melior, multiplicatione quantitatis.

// Quod vt gentilis ibidem declarat, non propter numerum dierum fit, sed quia illis diebus transactis, cum sanguis malā qualitatem putredinalē acquisuerit, virtutem dissoluentē, virtus venæ scissionem non sufferet. Quod ibidem Iacobus de partibus confirmat, dicens quod in sinocho sine putredine, copiosior potest fieri sanguinis detractio, quam in sinocho cum putredine: cum in hoc sanguis est magis elongatus a naturalitate sanguinis. Vnde habens sinochum cum putredine, minori sincopizat sanguinis extractione, quam sincopizet, qui habet sinochum sine putredine. Et hoc est, illud quod Serapio prudentissimē consulit, vt ad virtutem

// maximē attendamus, si in principio venæ scissio fuerit omissa. Et si virtus fuerit constans, non attendamus numerū dierum, neq; contenti simus venam, scindere in sexto & in septimo: immo & in alijs sequentibus diebus. Et hanc eandem sententiam confirmat Auerrous, quando in sinocho cum putredine venæ scissionem vsq; ad sincopim fieri impedit, quia impossibile est, quamuis sanguinis detractio vsquē ad

sincop-

sin copim fiat, quod putrefactio nō remaneat vsq; ad septimum. Melius est igitur, vt maneat virtus sufficiens humoris coctioni. Quod etiam experimēto comprobauit Rasius. 30 continentis. fol. 398. col. 4. in historia quam narrat, ex Galeno duorum iuuenum, quos simul curabat, febricitantes febre sanguinis: alterum sine putrefactione, cuius calor erat rubeus, corpus crassum & carnosum, & conquerebatur de plenitudine & magno calore: pulsus erat æqualis in magnitudine, velocitate, & frequentia, & vrina naturali proxima: & in febre non erat mordicatio neq; punctio, sed multitudo vaporum. Cuius febris causam inuenit esse, quod per triginta dies non se exercitauerat, vno vero die ante febrē, multo & violento exercitio se exercuit. Nihilq; inueniens, quod putrefactionem significaret, sanguinem misit vsq; ad sin copim: quia experimēto & ratione cognouit, quod hoc est melius remedium, quod in febre continenti sine putredine fieri potest. Corpus enim mutatur in cōtrariū suæ distemperantiæ, propter frigiditatem ex sin copim sequi tam. Et cum sanguis non dum qualitatem putredinalē acquisisset, sanus euasit. In alio vero iuvene signa manifesta putrefactionis reperiens, vsq; ad sin copim, sanguinē misit & ibi assistens multo tempore, cum vidisset febrē, vnius dispositionis manere, intellexit sinochum esse cum putredine. Cum igitur in sinocho cum putredine non est possibile, putredinem cessare, quantumcunq; sanguinis extrahatur, sed necessario vsq; ad septimum durare: melius est, cum cautela sanguinem mittere, vt virtus maneat ad humorem putrentem concoquendum. Quod præter id quod est rationi maximē consonum, credo multos homines à morte liberare. Et quamuis hæc Auerrois opinio Hieronymo Montano non placeat. Clarissimē colligitur ex Galeno. II. metho. c. 14. eius enim verba sunt, etenim sineq; obstructio subesset

neq; putredo sed sola succorum abundantia, protinus a missione sanguinis pro naturæ suæ ratione se haberet, & parum infra inquit: verum quia neq; obstructio neq; putredo curari per sanguinis missionem potest, vt quæ alia remedia, ceu prius monstratum est desiderēt, deponi debet sanguinis a liquidæ adurationis spatiū: saltim ne intempestiue cogamur nutrire. Nam febris putrida non indicat denutrimto, sed solum vires labefactatæ. Si autem supra modum euacues, corpus inanitum indicat de cibo exhibendo: vnde si nutris, cogerys febrem augere, & si non nutris, vires deijcere. Has febres continentes citra putredinem inflatiuas vulgariter vocant, quia cum sanguis multitudine peccet, ac respiratio- nem prohibeat, venas inflat, & extendit. Corpus enim hac febre affectum, vt asserit Rasisus, 30. continentis, folio. 400. inflatum apparet, rubeum, venæ extæræ, pulsus sicut balnea ti, oculi rubei, & loquela grauis. Propter quod, vt idem Rasisus refert, quidam hanc febrem appellarunt impinguatiuā: corpus namq; in ea incrassatur. Quam febrem soli sanguini accidere asserit Galenus, 2. de differentijs febri. c. 5. cum nullus alius humor ita augere corpus possit, hanc inflammationem & inflationem faciens, quin prius putrescat. Cuius causam tangit Nicolaus Florentinus tractat. 2. serm. 2. sum. 4. distinctione. 1. dicens sanguinem ad eò amicum naturæ, vt totis viribus eum à putrefactione defendat, eius multitudinem tollerans, ipsum bene regulando: ne per multitudinem calorem augens, febrem faciat. Neq; alius humor in tanta quantitate à natura potest regulari, neq; tollerari, quin malam qualitatem acquirat, putredinem citissimè efficiētē. Non desunt tamen, ijs non obstantibus qui dicant, quod maiori ratione sanguis per sui incrementum, putredini subiiciatur, quam colera per sui incrementum. Et pro sua opinione Actium habebunt patrocinantem. Vt refert Lupe-
ius,

ius, libro. 3. c. 2. qui tetrabiblij. 2. li. c. 98. abesse fieri cetera bile
 incalidis & siccis temperaturis febres fieri concedit, bile nō
 putrescente. Et idem de atrabile asserit Alexander Trallia
 nus, quem ipse Lupeius reprehendit. Dicunt enim febrem
 humoralem sine putredine, potius à colera posse fieri, cole
 ra enim calida & sicca est: & ob id putrefactioni ineptior.
 Sanguis vero calidus & humidus, per quas qualitates putre
 dini sit aptior. Huic tamen rationi est facile respondere, di
 cendo: quod quamuis sanguis per suas qualitates, putrefa
 ctioni sit aptior, per virtutem magis à putrefactione defen
 ditur, quam colera. Gentilis etiam de fulgine ovt refert Tho
 mas de Garuo. 2. de dif. febr. c. 5. fol. 66. asserit coleram, fe
 brem humoralem sine putredine posse facere, si aduratur
 solum: quod probat. Quia colera potest per adustionem, ca
 lorem præter naturam acquirere, quo cordi communicato,
 febrem humoralem efficiat. Quam opinionem sump
 sit ab Aber. 3. colliget. c. 4. hanc tamen febrem asserit
 Thomas, per paruum tempus durare, quin in putridam trā
 seat: ob id quod colera humor sit, qui à natura male tollera
 tur, & regulatur, ob eius acrimoniam: destitutus ergo à natu
 ra, impossibile est, quod non putrescat. Propter quod asse
 rit, Galenum nullam de hac febre fecisse considerationē.
 Sanguis autem quia naturæ amicus, & maximo naturæ co
 natu regulatus, per notabile tempus aduri & ebullire potest,
 absque hoc quod putrescat. Ex quo apparet concordia in
 ter Galenum & Aberroum. Galenus enim negat febrem
 humoralem fieri ab alio humore quam sanguine: per solum
 calorem actum absq; putredine, per notabile tempus.
 Quando autem Auerrous, & ipsum sequentes illam con
 cedunt, per breuissimum tempus illud contingere sunt in
 telligendi.

DE FEBRIBVS HECTICIS
TRACTATVS QVAR-
tus. De causis febrü hecti-
carü. Caput primum.

^a
Gal. 3. pres. ex
pl. c. vi. c. 457.

^b
Gal. I. dif. f. c. vii
c. 125.

^c
Gal. I. dif. f. c. ix.
c. 132.

^d
Act. set. 2. f. l. c.
92.

^e
Auc. f. 1. 4. t. 3.
c. 1. t. 4. c. 17

^f
Gal. I. dif. f. c. ix.
c. 133.

^g
De maras. seu.
lit. c. xi.

HECTICE febres possibile est, vt incipiendo fiant, rarissime tamen incipiunt.^a Et quando incipiendo fiunt, semper debent à causa primitiua procedere.^b Fit autem transitus in febres hecticas ex febris ardentibus, ob medicorum inscitiam: & præsertim quando ægri frigida aqua indigentes, eam prohibuerunt: neq; aliud refrigeras medicamen thoraci ac præcordijs applicarüt. ^c Aut quia dictæ febres ardentes humorem cordis consumpserüt. ^d Aut quando in febris putridis exquisita dieta vsum fuit, & propter non obseruasse cordis refrigerationem: & proprie in morbis membrorum vicinorum cordi, sicuti diafragmatis. Fiüt etiam ex hemitriteo, ex necessitate tribuendi vinum propter casum virtutis. Fiunt etiã ex diuturnis tristitijs, & ex ptisi & diuturnis inflammationibus, quæ nobiles partes occuparüt: & hepatis, & ventriculi inflammationibus male curatis. Ita vt quidam putauerint, semper illo modo febres hecticas fieri. ^e Cor ergo in suis solidis partibus calefactum, causa per se efficitur febris hecticæ, deinde hepar: non tamen per se, sicuti cor, sed quia calorem cordi comunicaet, deinde venter. Et videbatur ratione vicinitatis, pulmonem calefactum præter naturam, quia cordi maxime vicinum, febrim hecticam debere cauere, cum tamen hecticam nõ cauet, viscus enim humidum est, & semper ab aere ambienti resisterium trahens. ^f Quando ergo omnes solidæ particule calorem febrilem in habitu & ad absorptionem habent, iam hecticam febrem habet. Quo tempore neq; calorem, neq; dolo-

dolorem sentiunt: neutra enim pars ab altera patitur. Et quia calor non sentitur, parua febris dicitur & pusilla, & æqualis à principio vsq; ad finem. Deniq; nulla febris hectica est magna. Maxime si paucum calorem viscus habeat. A lius calorem hecticum intensum ponit hæc verba asserens. Et patiens hecticam, non leditur à caliditate vehementi, quam habet: quæ est fortior caliditate causonis. Et patiens causonè, leditur à caliditate, quæ est minor illa. K & differt a putridis febribus, quia omnes corporis partes in hectica sūt redditz similes & æquales: neutra enim pars ab altera patitur, neq; alteratur. Dato enim quod particularum hominè componentium altera calidior altera frigidior sit, neutra al teram offendit: sicuti neq; in naturali dispositione. In putri dis vero febribus, non profus particula temperamentum suum mutarüt, nisi alteratio terminum attingat. Terminus autem istius mutationis erit, propriarum particularum fun ctionum læsio: totü vero mutare, quod hoc præcedit, me dium est quoddam, compositam ex contrarijs vtrisq;. Af fectu inquam naturali, & præter naturã. Et per totum hoc tempus est alteratio & mutatio, & doloris sensus, ad hecti cæ differentiam. I In qua calor febrilis quia fixus & mem bra non alterans, efficitur veluti membri complexio: prop ter quod non sentitur. M Et licet hecticam patientes ab al teratione & dolore liberi sint, in difficili tamè statu sunt cõ stituti. N Complexio enim sicca inter simplices intempera turas est deterior: inter compositas vero frigida & sicca. O Difficiliora enim ad curandum, distemperamenta sunt hu mida & sicca, quia minime actiuis qualitatibus corriguntur, & maxime siccitas, quia magis immaterialem qualitatem re quirat. Et per contrarium facillime vt curentur, distèperies per calidum & frigidum: quia maxime actiuis qualitatibus corriguntur. P Est etiam alia ratione siccitas, siue distempe

b
Ga. ineq. int. c. vij

i
Gal. 3. pressa. ex
pl. c. iij. col. 450

K
Aui. de medi. cor
dia. t. I. c. 4.

l
Ga. inequa. inte. c
vj. & vij.

m
Aui. l. de medic
cord. t. I. c. 4.

n
Gal. inequa. int.
inf. libri.

o
Ga. 7. met. c. Io.
col. 184.

p
Gale. 7. met. c. 5

L ries

ries sicca difficultis curationis : quia cum indicet de restaura-
 tionē per cibum, & qui siccitate affectus est, necessario ha-
 beat languidas vires, difficillima erit restauratio. Ingens
 enim corporis cordis distemperies in febribus hecticis, vira-
 lem ipsius virtutem deijcit, siue per se ab initio sit cōtracta,
 siue ex alijs vitceribus ipsi mandetur. Propter quod siccitas
 si prorsus sit confirmata, insanabilis est. Erat autem ta-
 lis, vbi solida substantialium partium substantia reddita est
 siccor. Et hæc est vltima siccitas ex quatuor siccitatib9, quæ
 ex consumptione quatuor humiditatum in corpore resul-
 tat. Prima enim siccitas ex primæ humiditatis sit consum-
 ptione, ex secundis. Secunda ex consumptione rotis. Ter-
 tia ex consumptione adipis & carnis. Quarta vero ex soli-
 darum partium desiccatione. Febriß nanq; hectica primo
 propriam humiditatem ex qua membra nutriuntur depal-
 citur: deinde ad carnosum genus transit, & vltimo solidas
 partes consumit. Quando enim per febrē hecticam cor-
 pus cordis apprehenditur, non statim intus humor perit:
 sed in primis humoris ebullitio fit, deinde consumptio quæ
 dam ob ebullitionem: caloreq; amplius procedente, corpo-
 ra similata quæ veluti cordis elementa existunt, sicciora
 euadunt: minusq; alimenti sentiunt. Et facultas debilis red-
 ditur: & hæc est hectica ambigens, quæ magnam latitudinē
 habet maioris vel minoris affectionis, ratione maioris vel
 minoris humiditatum cordis resolutionis. Alius calorem
 hecticum primo carnem eliquare, & adipem asserit, deinde
 propriam humiditatem consumere, ex qua corpora nutriū-
 tur, quæ veluti res per proprias particulas dispergitur, dein-
 de ad carnosas partes transit, quæ fibris & membranis iux-
 ta ponuntur. Ex actum autem complementum desiccatio-
 nis dicit esse, si ipsam solidarū partiū humiditatē cōsumpse-
 rit. Et siccitas quæ huic vltimæ humiditati opponitur est
 deterr-

q
 Gal. 7. met. c. 11
 col. 179.

r
 Gal. 4. p. 1. 2. 3. 4.
 exp. c. 2. 470

f
 Gal. 7. meth. c. 5
 c. 6.

t
 Gale 10. meth. c.
 II. c. 200.

v
 Gal. I. dif. f. c. II.
 c. 30.

x
 Acti. ter. 2. f. 1. r.
 261. c. 266.

deteriora, & minus mala: quæ resultat, cum humiditates ex humore concretæ sunt abiumptæ. Sicut cum caro & adeps liquata est, & minus mala hæc est, siccitas quæ resultat, quædo propria humiditas ex qua partes similes nutriuntur, omnino est abiumpta. Quæ quidē humiditas cōtinetur in omnibus anomalis partibus veluti ros. Et alia siccitas reliquis minus mala, quæ resultat ex cōsumptione humiditatis quæ in extremitatibus venarum, & arteriarū reperitur. Quæ siccitas ex penuria aut pauperie venarum fit. Quæ facillima sanatur inter omnes siccitates est. Prima vero siccitas quæ in similibus fit, absq; frigiditate nequit permanere: celerissime enim refrigerantur particulæ, ex nutritionis defectu. y
Gal. 7. met. c. 6.
in princ.

SCHOLIA.

Galenus & reliqui authores græci hecticā diuidūt, in hecticā absolute seu ambigentē, & in marasimū. Arabes tamen febrē hæcticā in tres diuidunt species. Primāq; speciē dicūt: quandiu calor febrilis cōsumit duas primas ex quatuor humiditatibus secundis, puta humiditatē contentā in foraminibus venarū, quā dicūt innominatā, & rosē qui per membra dispergitur, pro cambio efficiendo. Quamuis serapio vt refert Sauonarola tractatu de hecticis. c. 16. in prima humiditate ex secundis (quam innominatam dicunt) dicit non posse causari febrem hecticā. Cū enim non multum à natura sanguinis distet, ex ea causabitur febris putrida. Cui opinioni ad herere videtur Auicē. f. 1. 4. tra. 3. c. 1. quædo dicit, & de illis humiditatibus secundis est illud, quod est repositū inuenis, & de illis est illud, quod est sparsum sicuti ros: & prima carū est materia febris putredinis. Vbi herculan9 notat nō solū materiā febris putredinis, si putreat esse, verum si nō putreat, esse materiā febris ebullitionis carū. Quod etiā cōfirmat Gainerius tracta. de febrib9, differētia. 3. c. 1. in principio: dicēs primā speciē hecticæ esse, quædo est consumpta

secūda humiditas ex secūdis, videlicet ros. Iunūes, in prima humiditate ex secūdis febrē hecticā nō posse effici. Secūda^{ca} ro hecticæ speciem dicunt, quādo calor incipit consumere tertiam humiditatem ex secundis, quæ cambium dicitur: illud scilicet quod ex rore sparso, iam membris ad iungitur in locum de perdito pro nutritione faciendā. Quando vero hanc consumpsit, & incipit consumere humiditatem, quam gluten appellant, iam est tertia hecticæ species. Et ex harū secundarum humiditatum putrefactione, asserit Herculanus tractatu. 3. c. 1. posse febres putridas fieri, si ipsi putrefactis vapor putridus cordi comunicetur. Immo & febres ebullitionis si non putreant. Febrem tamen putridam quæ ex ijs resultabit, ab alijs putridis febribz differre asserit: eo modo quo humores & humiditates secundæ differunt: excipit tamen primam humiditatem ex secundis; quia de genere sanguinis putrefacti est ponenda: cum sanguis formaliter sit. Et ex omnibus ijs humiditatibus solum quartā ponit animatam, reliquas duas ab alijs duabus, & inter se specie differre asserit. Nicolaus tamen Florentinus, tracta. 2. ferm. 2. summa. 4. distinctione. 1. c. 2. Quamvis primam humiditatem consentiat (illam scilicet quæ in extremitatibus venarum existit) posse si putrefiat, febrem putridam causare. Dato enim quod naturam humoris ægrediatur, multum de conditionibus humoris retinet: propter quod ebullitionis est capax: ex qua ebullitione, aut putrefiet, aut assabitur: & fumo putrido cordi mandato, potest febrem putridam causare. Reliquæ tres secūdæ humiditates cum omnino ab humoris natura absint, assari aut putrescere negat: ita ut ex illarum putrefactione sumi putridi continue ad cor mandentur, nisi in membro herpete putrefacto forent contentæ: quod de cambio & glutine esse manifestum asserit. De rore autem minime dubitandum credit, nisi cum rore aliqua notabilis portio humoris misceretur. His tamen omisis a-
rabes

rabes has hecticarū diuersitates, improprie diuersas species nominantur, & multi istam improprietatem fugientes, eas gradus vocarunt, non audētes dicere species. Veluti Aberr. 7. colliget. c. 15. & Auenzoa, lib. 3. theis tracta. 1. c. 17. dicens & scias quod hectica habet tres gradus. Quod ratione etiā comprobatur. Si enim diuersæ essent species, haberent distinctas rationes formales, quæ tamen in omnibus hecticis vna est. Ratio enim formalis hecticæ est, calorem factum esse in membris, independentem, & æqualem. Quod æque primo omnibus hecticis, & omnibus hecticæ humiditatibus conuenit. Et idem numero calor est, qui per istos tres modos transit, sicuti flamma lampadis vna est, quæ oleum lampidis & olei imbibitum in lichino, & quæ ipsam lichini humiditatem consumit: tantum differunt in maiori vel minori humiditatum consumptione. Neq; in vno hectica modo vna tantum humiditas consumitur, sed omnes simul. Omnes enim humiditates secundæ hectico calore simul afficiuntur, sed in primo hecticæ modo plus consumitur de humiditate in orificijs venarum & derore. quam de cambio & glutine. Ratio autem propter quam plus consumitur de primis humiditatibus ex secundis, quam de cambio & glutine est: quia primæ humiditates sunt subtilioris substantiæ quæ sint vltimæ: & quia difficilius regenerantur, propter debilitatē membrorum in atrahendo humiditates ex foraminibus venarum, & in atrahendo rorem: cū debilitas inseparabilis sit ab alijs siccis affectibus, vt colligitur ex Galeno. 7. meth. c. 7 in princ. & propter stricturam extremitatum venarum. Et quia cum duplex sit ros: vnus pro carniformibus, alter pro spermaticis: vnus quisque ros suo cambio proportionari debet, ros enim carniformium partium, subtilior & resolubilius erit: ros autem spermaticorum, solidior & inoptior vt resoluatur. Et sic quamuis consumatur ros carniformium per primum hecticæ modum, manet ros spermatica-

rum partium. Neq; credendum per primum hecticæ modū in totum absumi humiditatem innominatam & rorem: aliàs non posset fieri primus hecticæ modus, quin fieret secundus, cum ex rore debeat fieri cambium: neq; secundus quin fieret tertius: cum ex cambio debeat fieri gluten. Sed in primo hecticæ modo, maior pars consumitur de humiditate innominata & rore, quam consumatur de cambio & glutine. Verum est tamen, quod non potest secundus hecticæ modus cōtingere, quin præcesserit primus, neq; tertius quin præcesserit secundus: & sic in tertio omnes tres modi contineruntur. Licet Thomas de Garbo hoc renuat. Nisi quādo hectica fit incipiendo: quo casu concedit plane, nō posse fieri secundum hecticæ modum, quin primus præcesserit, neq; tertium quin præcesserit secundus; non enim est imaginabile (inquit ipse) quod corpus nostrum à causis extrinsecis calefiat donec contumatur, quin prius sit illa caliditas, in factō esse in aliqua humiditatum primarum ex secundis. Quando vero hectica fit successione aliarum febrium, tūc potest induci secundus hecticæ modus, absq; hoc quod præcesserit primus: & tertius, absq; hoc quod præcesserit primus & secundus. Quod deducere conatur ex Galeno. i. de diff. febr. c. 8. Vbi Galenus asserit febrem ardentem siue causonem posse alioqualiter cōsumere rorem & cambiū, principaliter & cum fixione consumere gluten: & quod tunc inducatur marasmus & tertius hecticæ modus, absq; hoc quod aliquis ex primis hecticæ modis præcesserit. Cum calor nō fuerit in primis humiditatibus, nisi in fieri in mēbris autem in factō esse. Et simili modo dum consumuntur primæ humiditates ex secundis in causone, à calore præter naturam fieri, poterit factum esse habere in cambio, & tunc resultabit secundus hecticæ modus, nō præcedente primo. Quod confirmat, quia si prædicta possibilia non essent, sequeretur, quod in qualibet febre consumptiva quæ cum colli-

quatio-

quatione accidit, semper fieret transitus per hecticam: quod est contra experientiam. Ego tamen opinioni Thomæ non ad heres, neque casus ab eo positos posibles credo: videlicet, quod à causone consumatur humiditas in nominata, ros, & cambium, per calorem humiditas in simul gluten consumatur, per calorem factum & hecticū. Immo prius quam calor inglutine sit factus, præfuit calor factus in humiditatibus primis ex secundis: dato quod talis calor factus, non fuisset manifestus. Tum quia hectica primi gradus est difficilis cognitionis, tum quia durante causone, signa eius (quæ manifestiora sunt) signa hecticæ obubrarent, ut refert Galenus sibi contigisse. 10. method. in muliere illa quæ in autumno febricitare cepit, ex tristitia & vigilijs. Et idem refert Galenus. 2. de differen. febr. quamuis enim fateamur, prius induci posse febrem hecticam, quam diariam, aut humoralem, ob maiorem ad hoc membrorum aptitudinem: fulmen enim in tacta, & illesa vagina, enssem eliquat, & numos etiam, illeisis oculis numos continentibus: sic est possibile, calorem præter naturam per spiritum & humores transire, & solidis partibus inherere, neque obstabit febrem hecticam incipere non posse: cum habitus ex pluribus actibus fieri debeat. Nam ex vno solo actu, si vehementissimus sit, habitus fieri poterit. Ut est doctrina sancti Thomæ. 2. posteriorum. cap. 3. sic tam vehementis potest esse causa, calorem præter naturam imprimens corpori bilioso excarni, ut illico febrem hecticam accendat: absque hoc quod aliqua aliarum febrium præcedat. Non tamen credo possibile fore, humiditates solidiores ex secundis, à calore extraneo consumi subtilioribus non consumptis, sicuti non est possibile, flammam lampadis prius consumere, humiditatem, partes li-
 chini

chini vniuentem, quam oleum in lichino imbibitum, & oleum lampadis. An tamen calor hecticus maior vel minor sit putrido. Inter Galenum & Auicenam videtur contradictio. Galenus nanq; 7. aphorismorum sectio. apho. 16. febrem hecticam paruam dicit, cum eius calor non sentiatur, pusillas etiam dicit febres hecticas. 2. de disse. febr. c. 12. col. 131. Auicena tamen, libr. de viribus cordis tractatu. 1 c. 4. contrariam sententiam tenet, dicens calorem hecticæ fortio- rem esse calore caufonis: quamuis non ita manifeste lædat. Pro qua contradictione concilianda notandum: quod calor hecticus quamuis non multus tactui se offerat & exte- siue minor putrido sit (quia in minori subiecto subiectatus, ratione extenuationis & resolutionis patientis hecticam. Propter quod etiam sine vaporibus calefacientibus mani- festatur, putridus vero in maiori subiecto manifestatur, cum eius subiectum nõ sit adeo extenuatum, nec resolutum. Propter quod cum maxima vaporum calefacientium multitudine manifestatur:) putridus calor maior est calore hectico ex- tensiue, & calor hecticus intensior est calore putrido, cum maiorem eradicationem in subiecto habeat, quam putri- dus, hic enim calor respectu membrorum, est in fieri hecti- cus vero in facto esse. Est etiam calor hecticus, intensior pu- trido efficiuæ: cum rem solidiorem dissipet, & consumat: nempe mēbra ipsa. Putridus vero humores potius dissipat, quam membra. Ex quo apparet concordia inter Galenum & Auicenam: vtraq; enim opinio verissima est, si termini æquiuocatio distinguatur. An vero vnus hecticæ modus in- tensiorem calorem requirat quam alius. Thom. de Garuo. 1. de disse. febrium. folio. 47. asserit non esse necessarium vnum hecticæ modum alio esse intensiorem: immò quod omnes hecticæ gradus sunt æqualis intensiõis caloris, nisi à causa extrinseca alteri eorum, qui eas patiuntur, alius ca-
lor

lor imprimatur. Afferit tamen cum æqualitate intensiōnis, calorem secūdi modi esse acutiorem: quia in subiecto sicciōri existit: & similiter calorem tertij modi acutiorem esse calore secūdi. Ita vt idem gradus caloris existens in subiecto magis sicco, acutior reddatur, quam esset in subiecto minus sicco: manens in eadem intensiōne & gradu. Siccitas enim lima est caloris. Quod erit facile experiri in calore pueri & iuuenis: qui sub eadem intensiōne caloris: pueri calor humidus, suavis, & multus est, quia in pluri materia & humidiori subiectatus: iuuenis vero calor acutior, minor, & mordacior, quia in subiecto sicciōri. Contrarium tamen verisimilius apparet. Cum enim calor febrilis qualis cunque sit, ad naturalis caloris mensuram debeat mensurari, & in vltimo hecticæ modo ratione maximè resolutionis & corporis extenuationis, adeo parum sit de calore naturali: credendum est etiam parum de calore febrili esse. Non enim est imaginabile lucernam extingui iam paratam, omnino oleo carētem: cuius etiam lychnius vitus & veluti carbo redditus, maximam caloris intensiōnem habere. Cui maximam similitudinem habet corpus hecticum, vltimo hecticæ modo affectum. Quod si sensu iudicandum veniat, potius frigidum quam calidum esset iudicandum. Neq; solum sensu hoc concluditur, verum etiam ratione ex Galeno. 7. meth. c. 6. in fine. cuius verba sunt. scire autem licet, solidorum corporum siccitatibus si perdurent, succedere necessario frigiditatem. Quippe permanere siccitas non potest, non mutata oppositione quæ inter calidum & frigidū est. Celerrime enim ex nutriendi defectu refrigerantur partes: propterea quod ex calido succo nutriantur. In enarratione siue ordine quatuor humiditatum secundarum est varietas maxima. Gentilis enim. f. 1. 4. tra. 3. c. 1. dicit Auicennā primam & secundam humiditatem ex secundis, simul pri-

mo loco posuisse, in omninã videlicet & rorẽ, secũdo vero loco tertiam humiditatem, cambium dictam: tertio vero loco quartam, quæ gluten dicitur. Iacobus etiam de partibus sic se habere dicit humiditates cambiales ad membra, sicuti oleam imbibitum in lychinio. Similitudo vero glutinis dicit esse, vel uti humiditas substantialis quæ partes lychinij vnit. Quibus verbis clare asserunt tertium locum sibi vindicare cambium. Quartum vero gluten. Huius contrarium tenet Laurentius Loubertus. Super Galen. i. de naturalibus facultatibus. c. ii. vbi de mente Galeni affirmat, cambium vltimam humiditatem esse ex secundis: illam scilicet quæ iam assimilata est & actu nutrit. Gluten vero tertiam esse ex secundis: illam inquam quæ iam membris glutinatur, siue inuiscatur, non tamen actu nutrit, donec omnino assimilata sit. Galenus namq; loco allegato de mente Hippocratis, ex his humiditatibus quod iam est assimilatum, dicit actu esse nutrimentum. Quod vero appositum siue glutinatum est, non nutrimentum, sed velut nutrimentum. Reliquæ vero humiditates quæ per membra veluti ros sparguntur, siue in paruis venis, siue magnis, aut in ventriculo, futuram nutrimentum.

DESIGNIS FEBRIVM HECTICARVM. CAPVT. II.

CVM febris pluribus diebus permanferit, neq; in ea inflammatio vehemens fuerit, neq; accidentia quæ febres acutas solent comitari: neq; deprehenditur accessio, & calor quasi tepidus est, tunc hectica suspicatur.

Communi-

Raf. Io. Alman. c. 3. in prim.

Commune est omnibus hecticis febribus, quod pusillæ sint: & à principio vlcq; ad finem æquales. ^b Quæ si solæ fuerint, nõ sunt difficilis cognitionis: quod si putridis misceantur, difficulter cognoscuntur. Putridæ namq; signa vt pote manifestiora, hecticæ signa obumbrant. ^c Quare fit res maxime ambigua. Cum enim in putridis reperiantur annotationes rigoris, & horroris, existimatur quod sint illæ febres putredinis tantum, inseparabiles, aut compositæ ex continua & interpellata. ^d Neq; in sui principio faciliter cognoscuntur, quamuis solæ fuerint. Morbi namq; alteratæ qualitatis non cognoscuntur, nisi multum à naturali habitu distent. Propter quod marasmus facillimè cognoscitur, hectica vero incipiens difficulter. ^e Significabit autem compositionē febris hecticæ cum putrida, remansio caliditatis siccæ post declinationem putridæ, & post sudorem exuberantem: & vntuositas in vrina & ægestionē. Si autē hectica appareat, & putrida occulta sit, significabit putridā, coarctatio accedens in accessionibus. ^f Significabit etiam febrem hecticā, in prædicta compositione cum putrida, & sine ipsa, maior calor in arterijs, quam in alijs partibus: & quod primo tactu occurru, calor sit mitis, post morā vero acris & mordax scitur. Erit etiam maximum hecticæ signum, si post transactas horas suspectas accessionis, dato cibo, post duas horas accessio quædā iudicetur. Cum qua annotatione & excrementia, pulsus maior, & velocior fit. Annotatio autem fit sine rigore horrore, frigore, & inæqualitate. ^g Et quamuis in febribus putridis aliquādo ascensus incompressus fiat, sine cibo assumpto contingit: & efficit quandam veluti flammam, et pulsus sūt celerrimi, frequētissimi, & maximi. In hecticis vero res est ediuersa: nā nõ nisi cibo oblato, neq; pulsus illud in cremētū faciūt, sicuti in putridis, sed tātō min9, quāto calor est minor calore putrido. Et quādo in febrib9 putridis quæ

^b Gal. I. dif. f. c. ix. c. 131. C. 133.

^c Gal. I. dif. f. c. 10

^d Auic. f. I. 4. t. 4. c. 16.

^e Gal. dif. mor. c. v. c. 11.

^f Auic. f. i. 4. t. 3. c. 2. prope fi.

^g Gal. I. dif. f. c. ix. c. 131. 133.

accessiones habēt incōpressas, cibam9 in principio accessio-
 nis, magna afflictatio illis contingit, in hecticis vero non nisi
 post cibū assūptū, annotatio fit, & cōsistationis experts. Du-
 rat autē annotatio post cibationem, vsq; ad complementū
 tertiæ digestionis, donec ex cibo digesto ac apposito, cor-
 dis siccitas humectatur, nutrit enim in ipsis substantia humi-
 da aridam caliditatem, postea ad pristinum habitum reuer-
 titur. ^h Per cibum enim & potum accidit hecticis, quod in
 calce accidere solet, quando aqua irroratur, quod apparet
 calidior ad tactum. Et magis increfcit calor, quando cibus
 & potus distribuuntur. Vnde calor hecticus noctu mani-
 festatur. Propter quod etiam hectici sudant, quia ob vi-
 riūm imbecillitatem cibum quem suscipiunt, non conco-
 quunt. Vnde cibus discutitur, & per sudorē exhalat. ⁱ Alius, a
 lia causa prædictam annotationem contingere asserit: di-
 cens comparationem illam ex calce, esse veluti fabulam in
 cantatorum. Negatq; tantum elongari nutritibile anutrienti,
 quantum aqua elongatur à calce. Vnum quodq; enim istorū,
 calx videlicet & aqua, alterū corrumpit. Immo cau-
 sam annotationis post cibum in hecticis dicit: quia cum ca-
 lor hecticus in membris sit, & nutritibilia debeant nutrientia
 assimilare, necesse est, nutrientia eundem præter naturam
 calorem suscipere, qui in membris est, quamuis frigida sint.
 Et sic calor extenditur extensione calefacientium, quod
 in putridis febribus deficit, cum calor in eis non sit in mē-
 bris fixus: calor enim putridarum in humoribus est. ^k Signū
 etiam febrium hecticarum est pulsus minutus, frequens de-
 bilis, fixus. Secundum dispositionem vnā, nunquam enim
 cum febribus hecticis cōcurrit pulsus magnus & vehemēs.
 Quod si aliquis istorū pulsus sit in aliqua febre, nō est he-
 ctica. ^l In quo febres hecticæ differunt à putridis & conti-
 nentibus in quibus pulsus sunt magni, & ab eisdem putridis
 differūt,

^h
Gal. 1. diff. c. ix
c. 131. & 132.

ⁱ
Gal. 2. prog. tx.
60.

^k
Auer. 4. col. c
33.

^l
Gal. 3. præf. exp
c. vi. c. 457.

differunt, in caloris qualitate, hecticus nanq; calor siccus est, alter vero humidus. Et ab eisdem putridis differunt: quia interballo carēt, neq; habent augmentū, statum, & declinationem sicut putridæ. Differunt à febribus diarijs, in acritudine caloris. ^m Pulsus autem durus neq; hecticarū febriū proprius, neq; vlli alteri appropriatur, ratione febris. Nam in ephemeris fit durus, si ex aliqua causa nimis infrigidanti, aut calefacienti, tensio venarum accidat, in putridis etiā febribus pulsus fit durus, quando inflammatio adest, aut durus tumor, aut tensio ex humorum repletionem, hecticis vero quamuis non fit proprius, magna ex parte illis fit, ratione siccitatis membris contingentis. ⁿ & ratione eiusdem siccitatis non potest in hectica contingere pulsus vermicās: qui merito prostratæ facultatis fieri posset. Pulsus enim vermī cans præter virtutem labefactaram, molliem arteriarum requirit. ^o Ex vrina vero nõ sumitur certum supra febrem hecticam signum: cum his vrina similis colore & sedimento fit naturali. ^p Quamuis alius ex vrina iudicium sumat in hectica dicēs. Cum autē vrina fuerit oleaginea, aut in eius superficie petala apparuerint vnctiosa, aut frustra carnis filis similia, aut aliquid simile fursuri, insistentium maximè in febris hecticæ medella. ^q

Tral. l. 12. c. 4. pag. 727. 728

Gal. 1. dif. f. c. vij. c. 127. 128.

Gal. 2. præsa. ex pl. c. 12. c. 436.

Gale. 3. præsa. g. expl. c. III. col. 450.

Rafis. 10. al. c. 3.

SCHOLIA

DVPLEX est delatio nutrimenti ad membra, quædam nutrimenti per omnes digestionem elaborati, & hæc est vera membrorū nutritio, per quam membra restaurantur, & humectantur. Ex qua calor increfcit, ob pabuli appositionem. Alia est delatio non veri nutrimenti, neq; per omnes digestionem elaborati, sed tantum quorundam vaporum substantiæ chilosæ per membra: ex quibus quamuis

M 3 non

non fiat vera nutritio, fit quædam refocillatio, per quã mēbra irrorantur: & calor ob istam irrorationem increfcit. Ec sic fit duplex calor ascensus, vnus duabus horis post cibũ, alius tempore veræ partitionis, & distributionis nutrimenti per membra, quæ multo post fit, omnibus digestionibus tranfactis. Ex quibus concordantur Galenus & Auerrous. Galenus nanq; primo de diffe. febri. c. II. annotationem in hecticis contingere asserit, post duas horas ab assumpto cibo, per illam irrorationem vapor osam, quæ parum post cibum assumptum fit, hæc enim ad modũ irrorationis aquæ supra calcem, calorem membrorum accendit. Auerrous vero, lib. 4. colliget. c. 33. hæc annotationem fieri asserit, quando per mēbra cibus distribuitur. tranfactis coctionibus. Et quia nutritibile debet assimilare sibi nutriendum, eundem præter naturam calorem inquit, membra imprimere innutrientia, & cum duplentur calefacientia, nimirum quod calor etiam augeatur. Ex quo etiam apparet concordia inter eosdem, circa causam ascensus caloris hectici. Maiorem arteriarum calorem in hecticis febribus quam in partibus circumstantibus, doctores omnes nemine excepto, tanquã earum signum pronunciant: nullum tamen huc vsq; reperi, qui huius signi veram causam assignet, nisi causam iam esse dicamus, quia maior in hecticis calor in corde fit, quam in alijs febribus, cum in sola hectica calor extraneus factum esse habeat in substantia cordis: & cum in febribus omnibus calor febrilis per arterias ad membra procedat, in hecticis intensior in arterijs calor imprimetur, post quam à calidiori foco spargitur. Erit etiam causa maioris caloris arteriarũ & venarum in hecticis, quam in alijs circumiacentibus partibus, quia in venis & arterijs calor, cum maiori vaporũ multitudinem manifestatur, ratione humidæ substantiæ quæ in eis continetur, quam in partibus circumiacentibus, quæ ni-

mis ex febre sunt desiccatae, & humiditatis expertes. Et quã
 uis in febribus putridis calor venarũ & arteriarum cum mul-
 tis vaporibus se offerat, non tamen calor circumstantiũ par-
 tium maior erit: cum etiã partes circumstantes humidae sint,
 & multis vaporibus plenae. Erit etiã maioris caloris vena-
 rum & arteriarum causa in hecticis, quam in reliquis circũ-
 stantibus partibus, quia quamuis calor hecticus æqualis vel
 æquæ factus sit in omnibus corporis partibus, in particulis
 tamen humiditate priuatis, ob pabuli defectum calor non
 manifestatur: sicuti videmus ante cibationem, quod ca-
 lor tepidus est, in venis vero & arterijs cum ex humore in
 eis contento semper pabulum calori præstetur, febrilis ca-
 lor maior est. Eo modo quo in hecticis, post humectationẽ
 ex cibo, ascensus caloris fit. Quamuis Galenus. 3. de præsa-
 gatione expulsibus urinam non significare dicat, supra hec-
 ticam febrem, intelligẽdus est de hectica ad modum ephi-
 meræ introductæ, & in sui principio, temporis vero proces-
 su supra hecticam tanquam signum significabit: cum in ea
 appareant sublimationes aranearum telis similes, iuxta Hi-
 pocratis sententiã. 2. prognostico. Quibus in vrinis pingue-
 do, telis aranearum similis apparet, hominem tabe affici sig-
 nificatur. Quamuis arenibus multoties talis pinguedo deci-
 datur, & absq; renum affectu, in sanis multoties fit, vt colligi-
 tur ex Gale. no. 4. de sanitate tuenda: similis ei quæ in sum-
 mo lacte colligitur, & ei quæ in iusculis frigentibus solet cõ-
 tingere. Quæ autem vntuosa (ex hecticorum vrinis appa-
 ret) in fine primi hecticæ gradus & in initio secundi decidi-
 tur. Propter quod rasis. 10. Almanforis. c. 3. iubet, quando
 hæc vntuosa in vrinis apparent, maximẽ in hecticæ medel-
 la insistere. In processu vero hæc deficiũt, quia adeps & pin-
 guedo defecerunt, & liquatae sunt, & carnes prædure, & sic
 ce restant. Taliter enim se habet corpora primi & secundi
 hecticæ

hecticæ modi, siue in hectica ambigenti, ad corpora tertio modo hectica, sicut domestici porci caro se habet ad feri porci carnem, quæ admodum enim ex domesticis multũ eliquatur ad ignem, ita prope nihil ex feris, vt refert Galeus. 10. meth. c. ii. prope finem.

DE CVRA FEBRIVM HECTICARVM. CAPVT. III.

AER hecticis & si frigidissimus sit admittendus, pro respiratione, si exterius corpus hectici alterat, nocebit, cutem obstruendo. Maius tamen est iuuamentum hecticis, ex frigidissimo aere inspirato, quam ex fumorum retrocessionem nocumentum, per cutis obstructionem. Hoc enim, corpus cooperiendo pannis, corrigitur. Frigidissimus enim aer, pro hecticorum corde, adeo est necessarius, sicuti in ægitudinibus stomachi medicamenta quæ comeduntur, aut bibuntur. Si tamen aer temperatus sit, eo vrantur: si calidus fugiatur, & æger sub terrancis ponatur: dummodo domicilium ad septentrionem respiciat. ^a Nec solum domicilium, sed domicilij fenestre. Et si tempus hiemale sit, pannis cooperiantur: si vero æstiuum in pauimento domus sternantur rosæ violæ, nenuphar, salices, semperuiuum, & rami vitium. Quæ omnia aqua irrorentur. ^b Et illæ fenestre domicilij sint apertæ, per quas sol intrare nequeat. Illæ vero claudantur, per quas sol penetrare potest. ^c Et transferatur aqua de vasse in vas, vt reddatur aer frigidior, & spargantur per pauimentum rosæ, semper viuum, vitis capreoli, rubar, lētisci turiones: hæc enim hecticis maximè cōducunt, in quibus primario cor, aut pulmo ardorem senserit. Si vero ardor primario ventriculum aut hepar infestauerit, magis infrigidan-

^a
Ga. 10. meth. c. 8
c. 249. 250.

^b
Isaac. 3. practi. c
19.

^c
Auer. 7. coi. c.
15.

frigidandum per cibum frigidum, quam per aerem. & Con-
 ueniunt etiam hecticis odores frigidi, vt rosarum, nenupha-
 ris, violarum, pomorum, pirorum, citoniorūq; florum, myr-
 torum, sandalorum, aquæ rosacea & camphora. Alius cā
 phoram odorare prohibet, propter siccitatem quam habet,
 nisi hectici in capite herbas humidas habeant, repugnantes
 siccitati camphora. Nō enim humiditas capitis siccitati cā-
 phora valet repugnare: nisi cum maior fuerit, quam siccita-
 tas camphora. Et in tempore hiemis non fit in eius man-
 sione ignis neq; fumus. Et totum corpus & præcipue caput
 pannis cooperiatur, ne à catarrho apprehendatur. Cibis
 frigidus & humidus esse debet, sicut pitana aut alica, succo
 pitanae condita: cum pauco aceto, sale, & oleo, & aneto.
 Aut panis in aqua frigida. Quia hæc maiorem moram in
 stomacho contrahunt, & ipsum in frigidant. Quibus enim
 calida & sicca intemperies est, cibus frigidus & humidus cō-
 ueniens est: veluti peponum medulla & cucumerum, & ma-
 la duracina, & cerasia. Qui autem frigida & sicca intempe-
 rie laborant, veluti in senio ex morbo, his non vtantur. Et
 in omibus hecticis præcipue ex sincopi marasimum haben-
 tibus, cibi sint stomachū & cor confortātes. Propter quod
 punicum modice astringens est propinādum, & ante alios
 cibos. Potest dari hecticis cucurbita melon indus, & de ca-
 seo recenti nō salito. Et propinabitur cibus ad affectus, &
 virium metam. Si enim vires nimis sint languide, quamuis
 siccitas sit maxima, maximēq; postulans cibum, non multū
 cibare conueniet: non enim cibus per se ipsum, neq; à se
 ipso conficitur, sed opera eius qui debet nutriri. Si vero vi-
 res fortiores sunt, tutius nutriemus. Et eadem causa cum
 ratione siccitatis restauratione indigeant, & rationē debili-
 tatis neq; mediocrem cibum digerere possunt, oportebit
 pluries parum comedere: ita vt non sufficiat bis eos cibare,

Trall. 12. c. 4.
 pa. 736.

Haliab. 3. præli.
 c. 26.

f
 Isaac. 3. præli. c
 19.

g
 Ras. 10. alm. c. 3.

h
 Ga. 10. met. c. 11.
 in princ.

i
 Tral. 1. 12. c. 5.
 pag. 741. Auic.
 f. 1. 4. t. 3. c. 7.

k
 Gal. 7. met. c. 7.
 col. 179.

N si gra-

Gal. 7. met. c. vj. c. 177. 178.

si faciles sint, immodè & ter. Ita vt semper consuetudo seruetur & coialque proprietates. Et quando virtus debilis est, cibus ipsum aqua carnis: quæ taliter fiat. Sumatur caro costarum hedi, aut arietis, & minutim incidatur, & cum modico salis decoquatur in olla, quæ in altero vase aqua pleno ad ignem sit: & cum succus ex carne exierit, coletur, & addatur æquale medieta. i. ex succo citoniorum, & æquale decime parti totius, vini odoriferi: & tepidabatur. Aut caro pullina in frustra incidenda, & cum pauco sale succus extrahendus, quando cocta fuerit, in altero vase aqua pleno, & miscendus succus citoniorum vel pomorum, pauco vino addito. Et si pulli nutriti fuerint frumento & amygdalis, erit comodus.

Scrap. tract. 6. c. II.

Raf. Io. alm. c. 3. prop. 8.

Avic. f. l. 4. t. 3. c. 5. in princ.

Gal. 7. met. c. vj. post princ.

Auer. 7. col. c. 15. au. f. l. 4. t. 3. c. 4.

Isaac. l. f. part 3. c. fin. fol. 210. c. 1

modius. Abstineat ab aceto, nam desiccatur & resoluit, quare oportet eo uti, cum eo quod his duabus qualitatibus resistat, ei commiscendo aquam multam: aut alia humectantia & lenificatia. Et eodem modo austerorum usus, omnibus siccis affectibus contrarius est, siue sint cibi, siue potus, siue medicamenta: absument namque humiditatem, quæ superest. Partim ebibentia, partim ipsam in ventrem per exiguos meatus exprimentia. Quod si in hecticis calor intensus appareat, non est malum uti oleribus frigidis, & quæ ex eis laudabilior existit, est lactuca: quia somnum prouocat, quo hectici plus cæteris hominibus indigent: quia eorum virtutes debiles sunt. Caucant ab ira, & sumant tranquillitatem & gaudium: & cum hectica morbus simplex sit, & absque vlla materia, cibaria infrigidantia dabimus, & ea artificialiter frigidiora faciamus: sicut est pifana, panis lotus, cucumeres paleini. Danda etiam aqua frigida. Quod si ad alios acutos morbos hectica sequatur, prohibeamus eam, & alia multum infrigidantia. Quia ratione alterius acutæ ægritudinis præcedentis corpus debile erit, & aqua ipsum extinguet: quocasu melius erit vinum subtile. Sed moderatus frigida potus

DEFEB. HECTICIS TRACT. III. 107

tus conceditur in hecticis, quibuscunq; si neq; inflamma-
 tio, neq; humorum putrefactio adsit. Quod si ex ea magna
 offensa timetur, ab ea abstinendum. Quamvis multo mi- Paul. 1.2.c.35.
 nus aquæ frigiditas hecticis noceat, quam ciborum aut for-
 bitionum frigiditas. Quippe aqua citius & mature tum in-
 calefcit, tum etiam per corpus distribuitur: reliqua vero cū
 maiorem moram in stomacho contrahant, ipsum refri- Gal. 10. met. c. 11
 gerant, si immodicæ sint frigida. Minus etiam nocet a-
 qua frigida incipiente hectica: immò tunc tutius datur, cum
 vires non adeo deiectæ sint, & sanguinis copia in venis
 contineatur. Sed cum febris hectica materiam traxerit, tunc
 vires multum imbecillæ redduntur: seduntur igitur ex frigi-
 dæ aquæ multo potu, duplici læsione. Vna quia ex frigida
 aqua pars aliqua feritur. Altera, quia ipsum etiam cor refri-
 geratur: quo refrigerato, si suam humiditatem seruat, vi- Gal. maraf. c. 2.
col. 179.
 res concidunt, si vero cor siccum sit, senium fit ex mor-
 bo. Aqua enim sui frigiditate fluitationes in stomacho &
 flatus facit: & sic concoctiones impedit, & alimenti per cor-
 pus distributionem. Vnde corporibus ad validam siccitatē
 per ductis, non licet multa aqua frigida vti. Bibatur ergo Gal. 10. met. c. 5.
col. 246. 7. me.
c. 17. col. 175.
 vinum: cū tanta aquæ quātitate, vt sapor vini abscondatur.
 Neq; bibatur, vbi caliditatis acuitas fortis sit: sed Jetru iulep
 ex saccharo cum aqua frigida. Quod si caliditas sit mani-
 festa, possumus etiam aquæ miscere sandalos albos, spo- Raf. 10. alma. c.
3. c. 3.
 dium, & semen portulacæ. Quod si aquam aliquando
 contentiosæ damus, acerbatam inquam & frigidissimam Isaac. 3. practic.
 in hecticis crispelaccam dispositionem habentibus: non in
 principio, sed in vigore inflammationis eam demus. Et
 quia tales hecticæ non sunt hecticæ exactæ, cum exactæ-
 careant augmento, statu, & declinatione, (excepto af-
 censu incompressio ex cibo causato,) hecticæ vero talem
 crispelaccam dispositionem habentes, omnia illa tem-

^a
Ga. maraf. c. xiii
c. 181.

pora habeant. * Dandus ergo ptisanæ cremor. Quando vero iam diu febris hectica moram traxerit, dandum est lac asininum illico vt ab ubere exit, & ne inuentriculo coaguletur, parum salis aut mellis addendum: quamuis mel hecticis nocuum sit: immò & aqua mellis. Vertuntur enim in bilem, & febrem faciunt acriorem. Corruptio autè lactis ex pulsus inæqualitate constabit. Propter quod alius saccharo caseationem impedit, dicens lac nunc uam in caseitatè mutabitur, si parū sacchari ei misceatur. ^b Et post potum lactis non comedat omnino aliquid, donec digeratur. Facta autè coctione eius, si vis iterum lac repetere, fac:

^b
Ga. Io. met. c. II.
et Ras. Io. alm.
c. 3. c. penul.

^c
Auenzo. l. 3. t. I.
c. 13

maximè si lacti sit assuetus. ^c Et si non est assuetus, ciba eum pane & gallina elixa. Alius micæ panis lacti misceri permittit: afferens quod indicat etiam lactis corruptionem, incrementum caloris, & sitis, & mutatio in vrina. Quo casu dandum est lac acetosum, a quo extractum est butyrum: aut ordeatum. ^a Post lac mulieris & asinæ est tertio loco caprinum. Capra vero nutriatur ordeo, lactuca, endiuia, frondibus celsi. ^c Et si venter soluaturn extinguatur lapis calefactus bis velter in eo. Quod si multū vellimus nutrire, sit lac baccinum extracto butyro. ^f Lac autem muliebre optimum est: quia nobis cognatum. Sed quia à multis repudiatur, detur asininum. Quod cæteris est commodius: quia propter eius tenuitatem minus coagulatur, & facilius per corpus distribuitur. Et auferendus pullus. Et asina non sit vetus, neq; heruis humidis nutriatur: sed feno & ordeo. Et exercitetur, fricetur, & limpida sit. Cū vero hecticus lac cōcoquerit, fricandus pinguius ad cutis eleuationem, non ad depressionem. ^g nutriatur etiam asina folijs lentisci, quercus, myrti, & sic lac minus soluet ventrem. Quod in hecticis maximè verendum est, & præcipue in illis qui ex sincopi ex alui profluuii, deuenere in marasimum. Et ideo quibus venter est le-

^d
Ras. Io. alm. c. 3.
col. penul.

^e
Isaac. 3. pract. c.
21.

^f
Auc. f. l. 4. t. 3
c. 7.

^g
Ga. 7. met. c. vj.
c. 172.

nis, lac decoquatur, aut lapidibus ardentibus misceatur: vt pars terrosa que solutiva est, consumatur. Quod si lac ita decoctum nequeat assumere, misceatur cum iurio. ^a Construitur etiam ventrem succus ordei, addendo millium, & Gummi Arabicum, & lentes bis coctas. ⁱ Aut in sirupo demyrtodabis pulverem gummi Arabici, & terræ ciprinæ, aut cum lacte asinæ misceantur pulveres biscosti. Si autem venter sit nimis astrictus, detur casia fistula, mana, & pruna in fusa in sirupo violato: aut solvatur venter cum decoctione prunorum. ^k Alius asinam iubet esse slabam, iuvenem pro-pinquam partui, & lac album lene medriocris substantiæ nutritivæ heruis frigidis & humidis, sicuti coriandro humido, endiuvia, & herua ordei: & detur lactis in principio drach. 10. vsq. ad. 30. & cū. 3. i. trochileorū spodij. In prima hecticæ apparitione, medicamentorū exterius in frigidantium vsus utilis est, & præcipue ad particulā quæ principium hecticæ fuit. ^m Et ex culus ardore seu inflammatione febris fuit sequuta: si cuti hepar, splen, renes, ventriculus, vterus & eidem præcipue veluti fornaci, & calor is fomiti, fomentum imponendum: non tamen thoraci adeò frigidum apponatur, neque fomenta frigida thoraci diu ad herere sinamus, nã ex maxima eius refrigeratione non solum respiratio leditur, verū et vox. ⁿ Stomacho & hipocūdrijs in febribus hecticis & æstuatibus potest apponi succus portulacæ. • Et quanto hecticarum febrium affectus est calidior, tanto frigidiora apponemus, sollicitudinem semper habentes, ne vehementibus auxilijs quicquā ledamus. ^p Neque cor multū in frigidetur, nam multum in frigidatum, si humiditatem naturalem servat, debilius efficitur: si autem siccus sit, fiet affectus similis senectuti. ^q In erisipelacea vero dispositione interius & exterius multum in frigidandum, & ex lactuca, semper vivo, agræsta, portulaca, succū extrahemus, & frigidum super præ-

^b
Tral. li. 12. c. 4.
pag. 738.

ⁱ
Auc. f. 1. 4. t. 3.
c. 8.

^k
Halia. 3. practi.
c. xxvj. c. 3

^l
Serap. trac. 6. c.
II.

^m
Gal. I. maras. c. x.
c. 179.

ⁿ
Tral. li. 12. c. 4.
pag. 733. 734.
735.

^o
Gal. 6. simp. med.
fa. c. 39.

^p
Gal. 10. met. c. xi.
c. 260.

^q
Gal. I. maras. c. x.
co. 179.

DE FEB. HECTICIS TRACT. III.

¶
Cl. maraf. c. xliij
col. 181.

cordia ponemus. ¶ Alius pectori epithemata maximè frigidat applicat, quamuis non fit in eo erisipelacea inflàmatio: dicens pãni quoq; in aqua rosacea in niue infrigidata infusi, in qua cãphora & sandali dissoluti sint, pectori super ponendi. Hoc tamen postquam cibus à ventre descenderit, & etiam anrequam comedat. Et postquam tepidi fiant pãni, alij similiter madefacti ponantur, donec eger frigiditatem sentiat, ad interiora peruenisse. Et dandum in potu oleum violaceum, & deseminibus cucurbitæ. ¶ Aut super pectus & hepar ponatur cerotum ex aqua rosarum, & portulacæ, & oleo rasato & violato: & si cõsumpti sint, eis dentur trochisci de camphora cū aqua granatorum, aut aqua melonis aut cucurbitæ, aut citruli. ¶ Aut vngãtur cum oleo de papauere, decucurbita, & violato. Et de rebus humectantibus est aqua ordeï decocta cum cancris: & euellantur extremitates cancrorum, & abluantur cum aqua frigida & sale. ¶ Et quæ exterius in hecticis debent infrigidare, nõ sint stiptica, quoniã præter id quod stiptica non humectant, frigiditatem alte non imprimunt, neq; ad longinquum. * Quod si necessitas cogerit ad fortiter infrigidandũ, & nõ fit nisi cū infrigidantibus siccis, eis misceatur, aut præcedat, aut sequatur, illud in quo est virtus humectationis. Et similiter cū vocat te necessitas ad fortẽ humectationẽ, vt aquã carnis & vinũ oportet vt antecedit, aut sequatur illud in quo est infrigidatio. ¶ Et de rebus infrigidantibus exterius est vnguentũ factum ex cera multũ lota, & ad triplum de oleo omphacino: & in mortario dum contunditur, tantũ aquæ misceatur, quãtum possit imbibi. Et infrigida cerotum, vas eius in aqua frigida ponẽs, & parum misce aceti. Nequẽ supra corpus tale cerotum maneat, nisi quousq; calefiat, tũc enim abstergetur, & aliud frigidum ponatur. * Pro hepatis vero epithemate camphora appli-

f
Raf. Io. alm. c. 3.
c. 2.

g
Halia. 3. parcti.
c. 26. c. 1.

v
Ami. f. 1. 4. t. 3. c.
5.

x
Gal. Io. met. c. ix
c. 251.

y
Auc. f. 1. 4. t. 3.
c. 4.

z
Gal. Io. met. c. 9.
c. 251.

ra appli-

DE FEB. HECTICIS TRACT. III. III

ra applicetur, quia hepar humidū est, & cāphore siccitatem
 reprimit, in reliquis vero partibus ab ea abstinendū: quia ei
 siccitas nocet capiti, nisi cum ipso ad sint humectantia, &
 siccitatem camphore reprimentia. Et pro odore & aroma-
 tis sint frondes, & stotes, sicut rosæ, violæ; myrthus, salices,
 nenuphar: minime autem camphoram odoret. ^a Alius cā-
 phoram adorare iubet, & vestiri cum sandalatis & cāphora-
 tis. Et stratus sit decorijs impletis lino pectinato: & sit stra-
 tus super aquas & cursus aquarum, & folia arborum frigi-
 dorum & humidorum. Ut semper viui & vitis. Et declinet
 ad quietem, & somnum, & gaudium, & tranquillitatē. Et cu-
 stodiatur ab eo quod facit ipsum irasci, & tristari, & prohibe-
 re ipsum a sudore. ^b Omnibus hecticis balneum prodest, si au-
 tem ab ipso ledi contingerit, illud erit quia hectica mis-
 cetur inflammationi, aut putrescentibus & crudis humori-
 bus. Illi autem qui cruditate laborant, aut in quibus est ex-
 crementorum mordentium abundātia, in balneum ingrāt-
 si, merito horrescunt, & quandoq; rigent. In balneo enim
 confertim & subito excrementa mouentur: & cum talia su-
 bito nequeant resolui, aut transpirari, necesse est, supra
 neruos sparsa, horrore, & rigorem facere. In flegmone ve-
 ro & inflāmatione balneū necessario liquat, & liqua facti
 succi ad ipsam inflāmationem peruenient, & eam auge-
 bunt. ^d Si ergo neque febris putrida neq; inflāmatio febrile
 hecticæ miscetur, & tēpestiue applicetur balneū, commodif-
 simū est. Reliqua vero quæ in febribus præstant, aut deperse-
 curāt, in frigidādo, veluti aqua frigida, aut potēcia veluti suc-
 cus agrestæ, aut d̄ p accidēs in frigidāt, veluti clister, sāguinis
 missio, fomētatio calida. Balneū autē vtroq; modo febres
 curat. ^e Si vero hectica putridæ cōplicetur, post putridæ co-
 ctionē balneū applicetur. Quod si hectica sola sit, ōne tēpus
 idoneū est ad balneū. ^f quatuor enim pres ex quib; cōstitui-
 tur, 179.

Isaac. 3. part. 6. 19.

^b Amic. f. 1. 4. l. 3. c. 4. c. 5. inf.

^c Gal. moras. c. x. c. 181.

^d Gal. 10. met. c. 10. c. 254-255.

^e Gal. 10. met. c. 10. col. 253.

^f Gal. maras. c. x. c. 179.

tur, calidis & siccis affectibus vtilis sunt. Prima enim pars quæ statio in aere est, emissionem facit mordentium super fluitatum. Secunda autem quæ lauacrum est, quamuis calor aquæ non iuuat, humectatio iuuat: præterquam in solidis partibus, has enim aqua neq; intus neq; exterius humectat. Tertia vero quæ frigidæ lauacrum est, partes calefactas ex præcedenti lauacro innoxie refrigerat, & quæ laxata sunt, in naturalem mediocritatem reducit. Maior enim corpori frigiditas acquiritur ex frigida aqua, quam caliditas ex calida quæ præfuit. Quarta vero balnei pars sudore paruo omnia excrementa euacuat. Ista autem lauacta frigida nõ sunt omnino tuta hecticis, vt pote gracilibus & imbecillis, nequæ fiant nisi præcedenti aquæ calidæ lauacro. ^g Et eadem ratione in aqua frigida post calidam, neq; per minimum tepus maneant, in temperata vero diu quiescant. ^h Immò securius est hecticos languentes in frigidam non mittere, sed in tepidã, & post, eos frigida aqua irrorare. Et frigiditas aquæ sit media inter frigiditatẽ quæ ferit, & tepidã quæ resoluit. ⁱ Ita aut aquæ calor sit quasi calor lactis, cū ab vberibus est emullum. ^k Et enim ad vnguem debet esse temperata. Nam quæ frigida est, latenter corpori frigus imprimit, calidior cõstringit, & dẽsat tenues meatus, temperata vero cum placida sit, naturam prouocat: quæ vero ab hac ad vtrumq; latus distat, naturam fatigat. ^l Immò melius est vt incipiat a tina seu balneo moderate calido, & fiat gradatio per aquam temperatam, ad frigidam moderatam: hæc enim gradatio facit tollerabilem tinam aquæ frigidæ: cum lesio non fiat, nisi per aduentum contrarij in complexione subito. Sit ergo balneum seu tina, quæ sudare non faciat, nequẽ igniat, nequẽ alteret anhelitum. Et sit calor aquæ eius, minor calore aeris balnei. ^m Ita vt aqua sit suaui. Et in ea decoquantur nenufar, violæ, cucurbitæ cortices, & ordeum cõtusum & ex

^g
Gal. 10. met. c. x.
c. 255. 256. ^o

Gal. apho. 4. 13.
^b

Acti. tetra. 2. f. 1.
c. 93.

ⁱ
Gal. 10. met. c. xj
c. 260.

^k
Isaac. 3. præc. c.
20.

^l
Gal. 7. met. c. vj.
c. 171.

^m
Auc. f. 1. 4. f. 3.
c. vj. c. 2.

DE FEBRE HECTICIS TRACTATUS. 473

& recedatatum folia lactuca, semper vitæ. Erant bal-
 neum pramittatur: omnia lactis lapar, membræ, si hecticus
 non sit debilis, & si debilis sit, ex lacte & aqua mixto erit regu.
 Eraultio namq; lactis est vehementis humectationis. Bal-
 neo autem in febribus hecticis vtendum iam costo alimen-
 to, & non post longiorem famem: nam balneum immedia-
 te post cibum, cruditates efficit, post longiorem famem, de-
 bilitat, & resoluit. Ita vt sit primum balneum mane: post
 quod sumat prisanam aut lac, & secundo die sit sero, post
 quam alimētum digestum est. Alius stationem in aere bal-
 nei seu stuphæ negat, immò illico eos in tinam aquæ tepidæ
 submergit, inquit hecticos nullatenus esse calefaciēdos.
 Quamuis aqua calida eos humectet: quod si aliquo modo ca-
 lesiant, illud est, vt balneum aquæ frigidæ subsequens suffe-
 re possint, in quo est totum iuuamen: ita vt ab ipso frigidæ
 balneo esset incipiendū, si hectici illud ferre possent, & post
 exitum balnei lac propinat, & cum lac digestum est, iterum
 ponit in tinā, & post cibum eos pane loto & carnibus. Ali-
 us ordeatum priusquam balneum eis propinat, duabus ve-
 ro horis transactis ab assumptione ordeati, in balneum siue
 tinam submergit: & cum ordeatum descēderit, ita vt ex eo
 nullus ructus neq; sapor in stomacho remaneat, iterum ad
 balneū ducit. Alius per plures domus transire iubet sintq;
 domus balnei neq; calidi, nec frigidi, Sed temperati aeris &
 modice humidi. Id autem fiet cum aqua tepērata. Et in me-
 dia domo in oleum tepidum mittatur supra calentem syn-
 donē, & in tertia supra syndonem in aqua moretur. Et bis
 aut ter in aqua mergatur, syndone deorsum & sursum at-
 tracta deinde in frigida breuissimo spatio moretur, & pro-
 tinus in alia syndone in lectulo cubans, ab aqua absterga-
 tur. Post quod vngatur communi oleo. Cōducit enim ad
 renutritionem & humectationem. Et obstruit ne plus iusto

Am. f. l. 4. t. 3. c. 6.

Gal. maras, pros. p. fin.

Isaac. l. f. part. 3. c. 4. c. 4.

Gal. Io. met. c. 10. c. 256. refert auer. 7. col. c. 15.

Raf. Io. alm. c. 3. col. 3.

Gal. Io. met. c. 10. c. 158. 159.

O relol-

114 IDEBBHECTICIS TRACTIII.

Gal. 7. met. c. 6.
6174

resoluitur: est enim veluti munimen ad aerem ambientē.

Auc. 7. col. c. 15

Sunt etiam qui corpora hecticorum cum pice vngunt, quorum fundamentum est: quia cum maxime sint resoluti & extenuati, & multa restauratione indigeant, male restaurantur ratione debilitatis attractiuæ. Propter quod iubent, ut postquam per balneum cutis attollatur, pori quæ aperiâtur pice vngantur, si prius per aquam calidam corpus intumescat ut attractio fiat.

Serap. tract. 6. c. II. co. 3.

Alius prædictam vncionem iubet fieri cum oleo narcisino addita cera alba colata. Negatque, ante introitum balnei vncionem fieri, ne opilentur pori propter eius viscositatem, & ne in corpus prohibeatur humiditas aquæ penetrare.

Gal. 7. met. c. 6.
6173

Quod si hecticum ter lauare desideras, inter duas lauationes ad minus intersint. 4. vel. 5. horæ æquinoctiales. Quando vero hectica complicatur cum putrida, à principio inuassiois putridæ, dàda est aqua calida, & bonum erit si vomat: quod si non vomat, leuiter vomitum procurabimus. Acumine autem putridæ cessante, dabimus prisanam aut panem bis aut ter lotam, cū aqua frigida & saccharo: aut ordeum cum lentibus, quæ fuerint prius decoctæ, prima aqua reiecta. Et si putrida febris sit a putredine colere, miscbimus ramos portulacæ, lactucæ, coriandri præparati cum aceto & saccharo & modico croci. Si vero putrida fuerit ex flegmate, loco lactucæ, & portulacæ ponemus parum mentæ & apij. Caueât à medicinis euacuantibus quantum possint, nisi cum magna fuerit necessitas: & tunc eligant eam, quæ est leuis & facilis naturæ, & absque calefactione & desiccatione.

Isaac. l. f. part. 3. c. 3.

SCHOLIA.

NVLVS græcorum hecticos lacte iubet balneari, neque huius balnei mentionem fecit. Auicena tamen. f. 1.

DE FEB. HECTICIS TRACT. III. 113

4. r. 3. c. 6. inquit quod si præmittatur emulsio lactis super hectici membra, antea quam balneum intrauerit, erit rectum, si hecticus debilis non sit, si vero sit debilis, lac aquæ miscetur. Eandem ad literam sententiam, scribit Sarapio tractatu. 6. c. 11, dicens, & si adiūuat virtus, antequam sedeat intima, emulgenus super caput eius lac asinæ vel capræ: quod est, quia lac hanc etatē corpus valde, quādo emulgetur super ipsum. Quod si est debilis permisceatur lac cum aqua. Huius tamen sententiæ causam ignorare fatetur Herculanus, immo contrariam sententiam (quam credo veriore) affirmat Halliabal. 3. practico. c. 26. in fine. cuius verba sunt. Si autem pertinet huius modi hecticus ad cōsumptionē marcorem, & est cetera corporis siccitas & extenuatio: consumptaq; est humiditas, & cecidit ab eo venustas & decor, & nulla est curæ spes, aut ad eius sanitatem via, nisi vt custodiatur virtus, vt supersit aliquo tempore, oportet illi lac mulieris dari, stillariq; super illius corpus. Et si fieri potest, sedeat in cōcha, quæ lacte plena sit: ægressusq; corpori eius irroretur aqua suavis, in qua bullire feceris violas, nenuphar, & ð hinc corpus eius oleo vngatur. Quibus verbis clare cōstat lactis balneū nō fortibus, immo superflue desiccatis, esse adhibendum, quibus impossibile est virtutem debilem non esse, teste Galeno 3. de presaga. Expulsibus illis videlicet quos nō licet aqua balneare, ne aquæ superflua frigiditate & humiditate calor imbecillus hectici suffocetur. Remedia enim hectici, respectu paruitatis caloris naturalis sunt adhibenda: vnde mittiora remedia requirit hecticus marasmatus, quam qui hectica ambigenti afficitur. Multum enim frigida aliquando desiccant, quia cum calorem debilitent, nutritionē impediunt, & siccitatē causant. Et quia lac aqua teperratus est inter actiuas qualitates, p vt colligitur ex Gale. 4. de simpli. medi. facul. c. 16. vbi partē butyrosam & casealem

temperatus esse affirmat, serosam vero quamuis frigidam & humidam ponat, non sicut aqua illud faciet, decimo etiã lib. de medicamentorum facult. lac applicas ad acres & mordaces fluxiones, dicit ideo commodum esse, quia fluxiones acres non tantum abluuntur ex partibus afflictis, verum partes affectas illinit ne ab eo quod defluit, feriantur, in quo aqua excedit: continet enim humiditatem extergendam, quam serum appellant. Si igitur serum extergit, & humectando, quod in hecticæ medella magis principaliter præterditur, quam infrigidatio, non adeo sicut aqua, lac infrigidabit. Et præter id, lactis balneum corpora sanat: Vt affecti Auenzoro. i. thes. tractatu. 10. c. vltimo. Loquens de homine non potenter deglutiri, iubet eum lacte balneari. Et præter id temperate extergendo, cutis poros ex superflua siccitate conuenientes aperiet: quod aqua facere non potest. Vnde in hectica marasmades regimine resumptiuo utemur, balneum aquæ omittendo, & quodlibet notabiliter infrigidas. Quod ego pluries in meo hospitali maiori sum expertus, hecticos curans, qui enim ex eis non erant marasmati, balneati proficiebant: reliquis vero, qui maximè erant desiccati & debiles, aquæ balnea mortem præueniebant. Eandem sententiam, cum Haliabate tenet Rasis. 10. Almanforis. c. 3. cuius verba sunt. Si autem siccitas & macies iam vehementer hecticum occupauerint, lac caprinum super ipsius corpore emulgetur. Iubetq; parum aquæ commiscere. Quod ergo fieri, vel lactis humiditas altius penetraret, non tamen ad Auicennæ fessum, neq; Serapionis, videlicet, quod aquæ miscetur quãdovires nimis deficiunt, quando vero valent, imper mixtū irroretur. Salua enim tantorum, vitorum pace, neq; id intelligibile est, neq; ipsi causam dant, vt intelligi possit. Eandem sententiam tenet Antonius de Gradi. Sui tractatu de febribus, practicæ Mathei de Gradi coniuncto. c. de hectica. Postquam

DE FEBRIBUS HECTICIS TRACTATUS III. 117

quam balnea aquae hecticis non multum extenuatis confu-
 lis, subdit haec verba, si vero siccitas & extenuatio sit mag-
 na, aspergatur corpus eis lacte caprino. Nulla alia ratione
 difficilis redditur hecticorum curatio, ut asserit Galenus. 7.
 meth. 6, 7, nisi quod siccitas, corpus coalescere postulat, cibo
 autem perfecte non digeritur, sed opera virtutis nutritivae qua
 non est possibilis cum maxima siccitate coniungi. Quo fit
 ut hecticis minus decibo, & pluries exhibito conveniat: &
 quanto debiliores sint, tanto minus. Quare isti non carni-
 bus sive nutriendi, sed aqua aut iure carniū, quae cito &
 facile & multum nutriat. Et sit animalium proximorum par-
 tui. Et coquatur cum lactucis, portulaca. Pulli autem nutri-
 tur ordeo, & tanis evisceratis; abscissisq; capitibus, & deco-
 ctis vsq; quo ossa carnem dimittant; ex eis faciendo pasta
 cum brodio & farina ordei. Panis sit eum seminibus frigi-
 dis. Conveniunt ova recentia, quae in aqua prius maneant,
 ut frigidiora & humectiora fiant. Et cum succo aranciorū
 eorum vitelli comedi possunt. Acetum autem quamvis he-
 cticis defendatur: ut pote desiccans sit, quando purum est: si
 tamen multe aquae misceatur, non parum hecticis prodest.
 Infrigidat enim, & alios cibos penetrare facit, & appetitum
 excitat. Conveniunt cancri fluviales cum ordeo decocti.
 Ex fructibus qui frigidi & humidi sunt. Et ut consulit Gai-
 rius tractatu de febribus, differentia. 3. c. 2. evitetur somnus
 post cenam, per tres horas adminus: ut super addita calefa-
 ctio ex cibo impediatur. Convenit vinum multa aqua per-
 mixtum, ubi non est ingens calor, & aqua ordei excorticati
 vsq; ad crepaturam. Alterantur etiam hectici per sirupos,
 qui ex simplicibus, sint de pomis, de endivia, granatorū dul-
 cium, & acrium, de aceto sitate citri, cum Aquis lactucæ, cu-
 curbitæ, endiviæ ut humectent magis. Ex compositis autem
 sirupos de papauere ex saccharo, & non expenidijs, viola-

tus, de iuiubis, de portulaca. Quamuis vt consilic Sauonaro-
 la loco allegato : quemadmodum in febribus putridis siru-
 pis vrimur , ita in hecticis vtendum iulep: faciunt enim ma-
 iorem penetrationem & humectationem . Et ita fieri con-
 sulit iulep restauratiuum ex aqua caponum per dicum galli-
 narum, cū aquis endiuiz, violarum, lactacæ & saccharo. Aut
 ex aqua sublimationis cancerorum , limatiarum , testudinū,
 addendo semina frigida maiora , & gummi arabicum, dra-
 gagantum , & semen citoniorum, liquiritiā , & cinamomū.
 Aut incidantur pulli siue capones, aut perdices iuuenes mi-
 nutim caro & ossa : & cum eis de carne hedina & vitellina,
 & in vasse vitreo ponantur cum aliquot ducatis : quibus
 addantur aquæ endiuiz, portulacæ vnciæ. ʒ. Sandalorum ci-
 trinorum, drach. i. vini odoriferi & succi pomorum redolē-
 tium, ana, vnciæ. ʒ. margaritarum, (podij fragmentorum ia-
 cinti, ana, drach. i. croci, drach. semis. & in alio vasse p qua-
 tuor horas decoquantur, & per staminam colentur . Quo
 iure refert gainerius, vitam cuidam episcopo febre hectica
 laboranti prorogasse. Conādum maximè ne hecticorum
 venter fluat: quod si fluat, iuterdicēda est aqua ordeī, & dā-
 da aqua millij excorticati, aut aqua cisternæ calibeata Quo
 tempore lac detur acetosum, & cum pulueribus restrictiuis,
 vt mirtylorum, & trochiscorum despodio, de caraue. Quan-
 titas autem trochiscorum in vna lactis portione sit drach. i.
 Vt per eos lac reddatur infrigidās, cum virtute suæ humecta-
 tionis. Lac autem non acetosum, trochiscos non sustinet,
 nec extraneę reimixtionem sine eius corruptione. Et non
 habentibus fluxum possunt dari trochisci infrigidantes, dū
 modo dentur cum mucilagine psillij, aut parum antea aut
 parū post sumatur sirupus violatus. Lac autem acetosum in
 tribus casibus est præstantius. Quando cum febre hectica
 adest fluxus ventris, secūdo. Quando est suspitio ne lac cole-
 rize-

rizeretur tertio quando hectica complicatur cum putrida. Et
 non possum non mirari quod Arnaldus de Villanova in
 quodam de febre hectica consilio, folio 209. ante exhibitio-
 nem lactis per tres aut quatuor horas iubet dari, drach. 2. ra
 barbari puluerizati, & per noctem remoliti in duabus un-
 cijs iulep, & mane tantū aqua calidz addatur, vt bibi pos-
 sit: nullam faciens mentionem de putrida hectice compli-
 cata. Cum enim hectica febris morbus sit immaterialis, so-
 laq; alteratione curandus, fugienda in ea sunt, omnia exic-
 ciantia medicamenta & soluentia. Vt iera & reliqua quæ ex
 alce sunt, vt bene consult Amatus centuria. 3. curatione. 1.
 Quod si aluus astricta sit, & ipsam cupimus mollem redde-
 re, cum mollibus clusteribus id fiat. Aut cum mana, & cas-
 sia. Lac autem ante balneum summere, vel post, parum re-
 fert; dum modo si ante balneum summatur, ante balneum
 ab stomacho descēderit: ita vt lac summatur apud solis or-
 tum; & post quatuor ad minus horas (quando præsumitur
 lac descendisse) balneum intret, vt tunc balneum faciat ali-
 mentum ad membra peruenire. Quamuis Iacobus de par-
 tibus. f. 1. 4. t. 3. c. 5. dicat in Gallia consuetum esse, apud solis
 ortum balneum intrare, deinde lac assumere. Quod his qui
 pluries debent balnari, commodius est, & dicta consuetu-
 do laudanda. Postquam vero a stomacho descenderit, ite-
 rum tinam ingrediatur, est post exitum parū quiescat, & co-
 medat ex ptisana, aut iure pullæ, aut ipsā pullā. Post balneū
 vero vel tinā nullatenus dormiēdū, somnus enim post bal-
 neū corp9 desiccatur, vt tenet Gale. 14. meth. c. 15. vbi in exte-
 nuādo obesū, nō illico a balneo cibū ppinat, sed interposi-
 to somno. Et si ter balnari sit necesse, cibo digesto iterū in
 balneū intrādū, & post balneū vngēdū & epithimādū cor, tē
 pora, pect9, hepar, stomach9, dorſū, & renes cū infrigidātib9
 & humectātibus, vt aquis rosarū, violarū, lactucæ cucurbitæ
 collum

Collum etiam vngatur cum oleo de cucurbita, de nenuph
 re, addendō ceram albam & acetum. Et si fit asperitas guttu
 ris, vngatur collum cum succo lactucæ, & oleo violaceo fri
 gidis, pectus autem vngatur hoc vngueto, R. butiri baccini
 loti, pinguedinis gallinæ, medullæ crurium vituli, sepiircini
 ana vnciā semis dagragathi gūmi arabici, ana, drach. i. olei
 violati amigdarum dulcium ana, vnciā. i. & semis & cera
 albe quod sufficiat. Aut hoc vnguentum fiat oleorum de
 nenuphare, violarum. ana, vncias. 2. succi lactucæ, portula
 cæ, semper viui ana, vnciam semis, bulliant ad consumptionem
 succorum. Et cum cera alba fiat vnguentum. Dorsum
 etiam & renes hoc vngantur vnguento R. oleorum de cu
 curbita, de nenuphare lotorum cum aqua frigida, ana, vn
 ciam. i. & misceantur cum pinguedine & butyro baccino
 loto, quibus parum aceti addatur, & cum cera fiat vnguen
 tum. Super hepar autem frustrum ponatur cucurbitæ. Quæ
 vñctiones alteratim sunt faciendæ, & non simul, alias si om
 nes simul fierent, hominem suffocaremus. Quod si hecticus
 somnus deficiat humectetur cerebrum cum aqua lactucæ,
 portulacæ, aut nenupharis. Aut cum lacte mulieris puellam
 nutrientis, fronti & temporibus super posito. Vel agto da
 bis, vncias. 6. emulsionis amigdarum cum drach. i. seminis
 papauis albi cum zuccato. Si autem hectica cum putrida
 complicetur, difficulter curabitur: cum contrarias indicatio
 nes pariant. Quia tamen in hac complicatione, putrida he
 cticam causat, & auget, ad ipsam putridam cura vertetur, he
 ctica nō neglecta, si ambæ æqualiter indicauerint. Et sic cō
 siderabitur hora, qua putrida suam accessionem facit: & lu
 mat cibum ante aduentum accessionis, per quinque ho
 ras vel sex. Quod si propter horæ incertitudinem cōtingat
 ægrum cibari in hora accessionis, tunc vomitus prouocetur.
 Libet etiam per siropos non multum calidos humorem
 coque-

DE FEB. HECTICIS TRACT. III. 111

coquere, iuxta considerationem humoris putridam facien-
tis, & per pharmacum non exoluens ipsum euacuare. Post
quinque horas apharmaco assupto, loco iuris, accipiat. vncias
vj. aut. viij. ptisanæ, vt per pharmacum putridæ, & per ptisanã
hecticæ prouideamus. Præter id quod ptisanã, stomachum
apharmaco lauat, distemperiem siqua sit, apharmaco illa
tam, & siccitatem ab hectica inductã corrigit. Immo aphar-
maci die, quotidie assumat ptisanam, ipsa enim vtriusq; febrü
remedium confert. Vt colligitur ex Galeno. lib. de ptisanã.
c. 4. refrigerat enim & humectat, & succos putridos deter-
git, & semiputres concoquit, ac in commodos humores trã
smutat, & non parum alimenti corpori præstat.

DE FEBRIBVS MARASMODES
ET MARASMIS TRACTA-

tus quintus. De causis & signis
febrü marasmodes & marasmorü. Caput. I.

Præter hecticas ambigentes est aliud hecticarum genus,
quod tabes seu marasmus dicitur: quod facillimum est
cognitu. Incipit autem quando humiditas natia quæ in spa-
tius intermedijs similarium partium existit, abolita est. ^a Et
præter id est etiam necessariũ, corpus cordis siccati, vt ma-
rasmus fiat. ^b Nam quousque aliquid humoris superest
in corde, hectica dicitur cum vero nihil humoris superest,
dicitur marasmus. ^c Aduertendum tamen quod cor &
hepar priusquam alia membra siccantur, non carent mo-
derato alimêto: hepar quia totius sanguinis est principium,
cor vero propter attractionis vehementiam. Cum ergo ve-
hementissimam actionem habeat in alimêto attrahendo,
nunquam alimento carebit, priusquam reliquæ partes ad

^a
Gale. I. dif. se. c.
ix, col. 129. 130.

^b
Gale. maras. c. I.
in fin.

^c
Paul. I. 2. c. 32.

P extre-

extremā inopiam deuenierint. Si enim animal aliud ab homine (ex diuturna fame marasmatum) dissecaueris, omnes alias partes graciles & siccas inuenies, hepat vero & cor propinqua statui secundum naturam. ^d Incidunt autē in marasimum seu tabem, quicunq; natura sunt sicciores, & vitam degunt in caloribus, & vigilijs, ac curis, victuq; pauco victitantur, & in ætate. ^e Quam curare non solum est difficile, verum impossibile. Si tamen aliqui medici hanc siccitatem seu tabem curasse putant, id est, quia decepti sunt: putantes ad verum marasimū agrum peruenisse. Poterit enim fieri, vt partium tenuitas & colliquatio refartiantur humiditas autem similarum partium refarciri, impossibile est. Quemadmodum ergo senium vitari non potest, ita neque marasmus. Attamen propter humanum benignumque auxilium contendere cum morbis oportet: contingit enim, si natura dextera sit, tabem incipientem cessare. ^f Factam autem impossibile est curare. Tale enim quid in tabe facta pariuntur ægri, quale in lucernis quando lychinus est torrefactus, & cōtinuitatem amittit. Neq; si oleum super effundas flammam maiorem efficies, semper enim palmitat flāma, donec ex toto extinguitur. Nam quemadmodum in tabe ex senio vltima siccitas sine dolore fit, ita in tabe ex febre violenter. ^g In hoc vero differunt marasmus seu tabes naturalis, & marasmus seu tabes ex morbo, quia marasmus ex morbo fit ob viciniam magnæ flammæ, instar arboris extreme arefacte. Alter vero marasmus fit sine febre, paulatim extincto innato calore. Et ideo mors naturalis sine molestia contingit, ob frigiditatem & siccitatem. ^h Et licet, secundum naturam fiat, nō tamen ita secundū naturam fit, sicut nutriri, & augeri. Hæc enim sunt opera naturæ, senectus vero non est opus naturæ, sed affectus ex necessitate sequens. ⁱ Et quamuis hic marcor affectus sit, non tamē morbus

^d
Gal. maras. c. viij
col. 176.

^e
Gal. I. diff. f. c. ix.
c. 132.

^f
Tral. l. 12. c. 5
pag. 742.

^g
Gal. I. diff. c. viij
c. 118.

^h
Acti. tetra. 2. f. 1
c. 92.

ⁱ
Gal. maras. c. ix.
c. 171.

bus est: in quo differt a senio: ex morbo, qui affectus, morbus siccus est. ^K Est enim dominium siccitatis super cōplexionē absq; febre. Diciturq; hectica senectutis, aut seniu ex morbo, quoniam illi accidit in hora sua, illud quod accidit senibus ex siccitate in tempore suo. Quamuis quidam senectutem morbū putarunt, alij sanitatem remississimam, alij vero neq; sanitatē, neq; morbū, sed dispositionem nō naturalē. ^l Causa huius affectus est, frigus dominans cū debilitate corporis: quod frigus prohibet virtutem nutritivam ab operatione sua, sicut accidit in fine vitæ: siue sit apotu aquæ frigidæ intempestivæ, super exercitium resoluens virtutem, & poros aperiens: ita vt aqua attrahatur ad viscera, & cor in-frigidet: Siue sit à caliditate liquefacienti, & resolventi: quare caliditas innata resoluitur, & succedit frigus & siccitas: aut sit ex euacuacionibus superfluis. Et hæc ægritudo quando confirmatur, non curatur. Et si ei esset ingenium, morti esset ingenium. ^m Fit etiam senium ex morbo extranmutacione, febribus perfrigeratis plus quam conueniebat, & per medellas frigefactorias præcordijs aut thoraci adhibitas. Si significant senium ex morbo pulsus parvus & rarus, & respiratio parua & rara: non enim calidum respirant. Et hoc est eius inseparabile signum frigiditatis cordis. ⁿ est etiam aliud marasmus, qui ex syncopi fit, & syncopim coniunctam habet. Qui affectus medius est inter marasmū calidū, & marasmū frigidum, est enim mixtus affectus, partim frigiditatem habens, partim febrem conseruans. ^o Fit autem hic affectus, quando periculum ex syncopi effugientes & desiccationem, quæ ex febribus ardentibus debuisset sequi, pro tunc ratione syncopis effugiunt vehementiam siccitatis: verum aliquid ex huiusmodi affectione in reliquum tēpus manet. ^p Tabem autem seu marasmum significabit pulsus durus, paruus, & frequens. Fiunt autem tabidæ

^K
Ga. I. diff. c. viij
col. 119

^l
Resort. Galen. l.
maras. c. v. col.
175.

^m
Alic. f. l. 4. t. 3.
c. 9.

ⁿ
Gal. maras. c. viij
c. 177.

^o
Galen. l. maras. c.
xiiij. c. 182. 183.

^p
Gal. maras. c. viij
c. 177.

^q
Gal. I. dif. f. c. ix.
col. 132. 133.

^r
Tralia. l. 12. c. v.
pag. 741.

^f
Gal. I. dif. f. c. ix.
col. 129.

^t
Auc. f. l. 4. t. 3.
c. 3.

^v
Raf. Io. alm. c. 3.
col. 2.

^x
Auc. f. l. 4. t. 3.
c. 10.

febres ex febribus ardentibus, ex hepatis, aut ventriculi, aut coli, aut renum inflammationibus: aut dissenterijs, aut longis profliujs. ^q Ex quibus superfluis euacuationibus ex syncope marasmus resultat. Propter quod timendum maxime in febribus heclicis, ne venter soluatur. ^r Tabem etiam significabunt oculi concaui, quasi foueis absconditi, ossa superciliorum eminentia: & per totum corpus quaedam (qualida dispositio, qualis per solē & puluerem itinerantibus accidere solet. Et flos coloris extinctus, & nihil aliud in eis apparet quam cutis & ossa. ^f Et quando in vrina apparent petala & vinctuosa, & curuantur vngues, est secundus heclicæ modus arabum, arabicæ dictus aldubul. Et quando liquefiunt cartilagine, iam incipit tertius heclicæ modus dictus marasmus. ^t Et cum capilli à capite defluunt & venter soluitur, iam mors proxima est. ^v Senij vero ex morbo erunt signa, exsiccatio absq; inflammatione & incensione, immò inueniuntur frigidi ad tactum. Et eorum pulsus non est sicut habentium febres heclicas: immò est tardus, paruus, & rarus: nisi fortis fiat debilitas, quoniam tunc incipit pulsus fieri frequēs, & vrina subtilis aquosa: immò sunt in dispositionibus suis sicut senes. ^x

SCHOLIA

Heclicam senectutis Auicena proprio capite: affectum siccum sine febre esse asserit. Aliquando frigiditati copulatum, aliquando vero cum æqualitate inter calidum & frigidum. Hunc autē affectum Galenus lib. de marasmo, seu marcore c. l. colum. 171. frigidum & siccum esse attestatur. Cum enim in duos marcores scribat: vnum simplicem, quando sola siccitas adest, altera elementorum oppositione putata calidi & frigidi intra proprios terminos manenti: alterū vero

vero compositum, quando cum superflua siccitate superflua adest caliditas, aut superflua frigiditas. Simplicem marcorem asserit accidere, ijs qui fame se necare decreuerunt: compositum vero, ijs qui senescunt, aut ex morbo in seniu incidunt: & hic est frigidus marcor. Calidus vero compositus contingit in quibusdam febribus hecticis. Quibus verbis clare Galenus hecticam senectutis affectu frigidum ponit, eandem cum Galeno sententiam tenet Aliabas. 8. theoricæ. c. 7. hecticam senectutis dicens humiditatis naturalis consumptionem, & siccitatem superfluum cum extinctione caloris. Auerrous etiam. 3. colliget. c. 12. eandem sententiam confirmans, hæc verba profert: ægritudinum frigidarum & siccarum quædam appellantur ægritudines senectutis, hoc est dominium frigiditatis & siccitatis super mēbra: & quia illud quod dat vitam, est calor cum humiditate, ob hoc ægritudo senibus contingit, sed non est vera ægritudo, nisi quando fit in non senibus. Quibus verbis hecticam senectutis affectum siccum, & necessario frigidum affirmat. Quibus non obstantibus Auicena cum Galeno & reliquis potest concordari: si Gentilem super Auicenam loco allegato legamus. Asserit namq; hecticam senectutis, non posse cum temperamento inter calidum & frigidum copulari: respectu temperamenti quod præfuit, tempore iuuentutis & pueritiæ: immò respectu harum ætatum necessario frigidus & siccus affectus esse debet. Non solum frigidus per priuationem caloris, sed positue per frigidum terrestre & aqueum. Respectu tamē extensionis caloris de nouo impressi & frigiditatis præexistentis, siccitas hecticæ senilis potest cum temperamento inter calidū & frigidum copulari. Quādo igitur Galenus affirmat quod hectica senilis necessario debet esse affectus siccus, mixtus frigiditati, intelligi debet, respectu complexionis quæ in pueritia & iuuentute præfuit.

Auicena vero quando, Afferit hēcticam senilem, cum temperamento inter calidum & frigidum copulari posse, in tel ligatur respectu cōextensionū frigoris qui præcessit, & caloris denouo impressi. Non enim repugnat, cum hēctica senectutis febrē posse copulari ephimeram aut humoralem. In quo saunarole assentimur. Possunt enim in hēctica senectutis, spiritus aut humores calorem præter naturam in producto esse possidere: quo casu cōextensa caliditas præter naturā, ex febre superueniente, & frigiditas quæ ex hēctica senectutis præfuit, medium affectum intercalidum & frigidum constituent. Dissentimur tamē Saunarole, quādo affirmat, hēcticam senectutis cum hēctica febrili componi posse, duo enim affectus ex diametro oppositi, non possunt membris figi, & assuefieri, immō alter alterum excludet, ut subtiliter considerauit gainerius, tracta. de febribus. c. de hēctica senectutis, considerans, quod per aduenum hēcticæ febrilis, hēctica senectutis euanesceat.

DE CVRA FEBRIVM MARAS- MODES ET MARAS- morum. Caput. II:

OMNIBVS qui marasmo contabescunt, fructus pomacei conueniunt, & peponum medulla & cucumerum. Item mala duracina & cerasia. Illis autem qui frigidam habent intemperiem, & inciderunt in senium ex morbe, prædicti fructus non conueniunt: pomaceos tamen fructus ut pote non multum infrigidantes, possumus concedere, & ficus & vbas, si venter eis non profluat. Nam tunc dandum

dandum est eis punicum, modice astringens, & à principio mensæ. Nutriantur ovis sorbilibus & humidis. ^a Et si sentiant rectificationem, potest dari de caseo humido non salito. ^b Et sicut in hecticis febribus, cum primo cognoscuntur, aqua frigida, turissimè datur, cum tunc virtus sit valida, & sanguis copiosus in venis contineatur, ita his qui marcore torrentur, vinum dare cautio est: vt maciei aduerferetur. ^c Et similiter his qui marasmm incidunt ex syn-
 copi, dabitur vinum ratione virium collapsarum & per-
 frictionis: ratione autem febris dissuadendum. Vnde per
 interballa dabitur: veluti quando syncopis adierit. ^d Si ve-
 ro talis affectus frigidus sit & siccus, præcipue stomachi,
 conuenit vinum vetus: & quo frigidior affectus, vetustior.
 Immo & mel dabitur, si multum frigidus sit. Et cibi erunt
 humectantes & modice calefacientes, sicut lac, multo mel-
 le addito. Quia multum calefacientia, siccitatem auge-
 bunt, nisi affectus multum frigidus sit. ^e Et cum vires in-
 marcoribus nutritionem seu refectionem efficientes, sint
 debiles, & quasi mortuæ, alimenta debent esse tractu fa-
 cilia, vt quod virtuti attrahenti deest, impleatur. Est au-
 tem attractu facile, quod est tenuium partium: hoc autem
 alimentum lac esse debet, quo nihil melius. In siccitatibus
 vero frigiditati copulatis, vtendum calidis subtilibus, sicut
 mel. Quod in calidis nocuum est. Vtrisque vero affe-
 ctibus utilis est ptisana alica. Ptisana vero cum aceto præ-
 paratur, quo facilius digeratur. ^f Conueniunt etiam in
 affectu frigido & sicco vnctiones & frictiones. Taliter
 autem fieri debent, vt non rarefaciendo exhalent. To-
 tum enim studium in siccitatibus curandis est, humidita-
 tes aprompquis locis trahere, Ita vt nullo modo resol-
 uamus neque educamus, sed solum suauiter trahamus
 quod ibi contentum est. Confert etiam huic affectui
 sicco

^a Tralial. 12. c. 5.
 pag. 743.

^b Anic. f. I. 4. l. 3.
 c. 7.

^c Tralial. lib. 12. c. 6.
 4. pa. 731. 739

^d Galen. maras. c.
 xiiij. c. 183.

^e Gal. 7. met. c. 7.
 c. 180.

^f Galen. maras. c.
 xiiij. col. 182.

g
Gal. 7. met. c. 7.
col. 181.

h
Gal. maras. c. xiiij
col. 182.

i
Gal. 10. met. c. 10
col. 157.

k
Galen. maras. c.
xiiij. in prin.

l
Gal. maras. c. xij
Tral. l. 12. c. 4.
p. 737.

m
Scrap. tract. 6. c.
II. ad. fin.

n
Gal. 1. maras. c. vij
col. 175.

o
Auc. f. 1. 4. b. 3.
c. xi.

siccō & frigido puellus, ita ut cōtingat abdomē ipsius ægri. Marcō vero calidus prohibetur, medicamentis frigidis intus & extra, & cum cibus. ⁿ Quod si multum infrigidēs in senium ex morbo hominētū deduces: quod erit vitā longare, quā minus vita senis sit. Quod cum præfatione faciendum: & in senium ex morbo illū permuta. ^l Quod seniū si ex acte factum est, sanari non potest. Quod vero non ex acte est factum, refectiōe & renutritiōe curatur. Et huic senio conueniunt calefacientiā: marasmo vero ex syncope media alimenta inter hæc. ^k Conuenit balneum affectibus frigidis & siccis, ita ut senio ex morbo conueniat. ^l Et in senio ex morbo balneum sit aquæ calidæ, decoctionis camomilæ, sanfuci, & lilij. Odorent etiam sanfucum, & sambucum, citrum & liliū. Et subfumigētur cum ligno aloes recenti. Et assumant theriacam, mittidatum, & diamuscum. Et vngatur corpus eorum cum oleo narcisino cum cera alba. ^m Marcō ergo senectutis auxilium fere, ut quā diutissime extendatur, possibile est. Hoc autem fiet, instando ne corpus cordis tantum siccetur, ut ab actionibus desistat. ⁿ Et in hac hecetica senili balneū fiat, post cibi coctionem. Nam ante debilitat virtutem. ^o

SCHOLIA.

TABEM seu marcōrem qualiscunq; sit, curari posse, impossibile putat Galenus pluries, lib. de marasmo. seu marcōre: si talis marcō factus sit, & non fiens. Huius autē causam reddit primo de disse. febr. c. 8. col. 128 Tale enim in tabe facta patiūtur ægri, quale lucernæ quando lychinus torrefactus & discontinuus est. Quantumcunq; enim oleū eis infundas, semper minores sūt, donec extinguuntur. Neque

quæ marasum extirpare prætentunt sapientes, sed tantû
 auxilium ferre, vt vita prolongetur. vt idem Galenus affir-
 mat. lib. de maras. c. 6. In omnibus marcoribus torrido. scili-
 cet & frigido, & illo. qui ex syncopi fit, cum siccissimi sint af-
 fectus, iubet Gal. humectare: torridum vero, quia calidum
 infrigidare, frigidum autem calefacere. Illum vero qui ex
 syncopi fit, mixtis remedijs palliare. Qui autem marcorem
 sanasse putarunt, decepti sunt in affectus cognitione: putâ-
 tes fientem marcorem factum esse. Nequæ fientem nega-
 mus curari posse. Tunc autem secundum Galenum, lib. de
 maras. seu marcore. c. 9. factus est marcor, quando solido-
 rum corporum humiditas perijt, propter quod. c. 10. sequen-
 ti, col. 178. Philipum damnat: quod putauerit, verum mar-
 corem seu tabem curasse. Vnde miror Amatam Lusitanû,
 longo colloquio tanquam rem nouam, & nouum facinus,
 dicentem. centu. 3. in scholio curationis primæ. Torridum
 marcorem. Gal. 12. meth. curasse. Quod Galenus minime
 fateretur: cû ab ipso incurabilis reputetur, vt supra est dictû.
 Et. 10. metho. c. 10. eius curam impossibilê putat. Eius enim
 verba sunt. Quem autem marasmus iam occupauit, hunc sa-
 nare ne tentaueris. Neque credendum est Galenum, adeo
 præcipuum affectum, tâtam videlicet siccitatem in aliquo
 remisisse, quo minus extirpasset. Sed eo modo quo in tor-
 rido marcore, vitima siccitas & finis vitæ prohibendus dic-
 tatur, humidis remedijs & frigidis temperatis, Galenus su-
 perflue infrigidans, & ægrum in senium ex morbo consti-
 tuens, vitam aliquando maiori interuallo prolongat.

DE FEBRIBVS PVTRIDIS
 INVNIVERSALIBVS

feb. sanguinis tractatus sextus
 de causis febriû putridarû & feb. sangui. Caput. I.

Q Putredo

PVTREDO est mutatio, totius putrescentis corporis substantiæ ad corruptelã, à calido externo. Non enim à proprio calore corrumpitur quicquam, corruptione putrefactiua. ^a Immo ab aliena caliditate. Est autem aliena caliditas externa, non insita, neq; natiua. Hæc nanq; concoquit, prima vero corrumpit, quod est putrefacere. ^b Omnia enim quæ putrescunt, quamuis ascititio calore sint calida, proprio sunt frigida. ^c Præstat huic putrefactioni actionẽ, calor extraneus, materiam vero, humiditas, & ideo quiete augetur. Nihil enim quod omni ex parte siccum est, sicut lapis, aut tegula, aut aurum, aut argentum putrescit. ^d Quæ autem superflue humida sunt, sicut vinum aut mustum facilliter putrescunt. Et maximè si remisse sint calida, & soli aut vento calido exponantur. Illis nanq; contingit, quod parua flammæ ad solem feruidum expositæ, quod facilliter dissipatur, & corrumpitur. ^e Quod autem neq; à frigido neq; à sicco quicquam putrescit, id intelliges ex carnibus: quæ si sale, aut muria, aut aceto, aut alio desiccante præparentur, imputria seruantur, maximè si dicte carnes ad boream sint manifestæ. Contrarium vero contingit si ad austrum: austrino enim flatu quia humidus est, omnia putrescunt. ^f Et similiter nullo vento dissari, putrefactionis causa est. Quod in exterioribus facilliter iudicatur. Sicut in fructibus, seminibus, & vestibus. ^g Hæc igitur putridarum febrium causa est. (Non enim in morbis coleræ, vel atrebilis, sicuti ictero, & melancholia ob splenis vitium, necessario febris reperitur, nisi humores hi putrescant. ^h Putredinis vero causa est prohibita transpiratio, prohibita vero transpirationis opilatio vel obstructio. Obstructionis vero, vel humoris multitudo, aut eius crassities, aut viscositas. Septem ergo res præter naturam in febribus putridis necessario reperiuntur. Ex quibus multitudo, crassities, & lentor, causarum rationẽ obtinet. Prohibita

^a
Gal. II. met. c. viij
col. 270.

^b
Gal. 2. dif. c. ix.
col. 150.

^c
Gal. 2. tẽp. c. 12
col. 75.

^d
Gal. 3. mor. vulg.
com. 3. col. 542

^e
Gal. 4. sim. med.
f. c. 13. col. 108.

^f
Gal. 3. tem. c. ix.
col. 43.

^g
Gal. 2. dif. f. c. ix
col. 151.

^h
Gal. 2. dif. f. c. v.
col. 140.

hibita vero transpiratio causa est & symptoma, putredo vero causa est & affectus. Opilatio & febris, morborum ratione obtinet. Si autem obstructio parua sit, non est necesse, primo neque secundo die putredinem efficere. Et si natura festinat ad resolutionem talis humoris, ex quo transpiratio prohibita sequitur, non transcendit febre ephimeram. Si vero ad resolutionem talis humoris natura non festinat, quamuis obstructio parua sit, si in venis adsunt succi excrementosi, necessario sequitur febris putrida. Et hanc febrem putridam necessarium est, praecedere prohibitam transpirationem. Quamuis possit esse putredo, quam non praecedat prohibita transpiratio: sed erit sine febre. Putredinem vero velocem & maximam necessario sequitur febris, & necessario praecedit prohibita transpiratio. Causa vero mediata putredinis sunt cibi mali succi, ut fructus humidi valde, ut horarum. Quod si cibi sint boni succi, sunt malo artificio conditi, aut malo ordine sumpti. Quod si boni sint ordinis & praeparationis, propter corporis distemperiem, ac virium imbecillitatem non concoquuntur. Quare ad venas crudi transeunt. Non desunt tamen, qui putredinem posse fieri negant in venis. Dicunt enim humores exarsescere, aut incendi, non putrescere. Nam si in venis esset putrefactio ex tali putrefactione aliqua vitia fierent ut in externis putrefactionibus videmus: ex putrefactione quae in ventre fit, lubricos generari: & nunquam visum est per urinam aliquid vitiosum ex putrefactione genitum, expelli. Propter quod humores in venis incendi dicunt, ut in pice, bitumine, & in alijs. Dicuntque, quemadmodum ex scintilla ignis magna flamma excitatur, tale quid in venis contingere. Incipiunt enim spiritus inflammari, flammamque imprimunt in humores. Alij omne genus febrile a putredine oriri affirmant. Cuius sententiae fuit omnino ab ethenaeo chorus. Nulla tamen febris putrida est dicenda, nisi fuligo putrida aut quidam veluti fumus cor apprehenderit.

Gale. II. meth. c. xiiij. col. 277. 278.

K Gal. 8. met. c. iij. col. 202.

l Gal. in equa. inte. c. ix. col. 167.

m An. f. I. 4. t. 2. c. I.

n Tral. lib. II. c. 2. pag. 692.

^o
Gal. I. dif. f. c. v.
col. 121.

Propter quod diariæ febres nullatenus febres putridæ sunt dicendæ. ^o In diaria enim ex bubone, quamuis causa febris putrefactio sit, humoris apostema facientis, fuligo putrida cor non apprehendit: est enim putrefactio circumscripta, & sola qualitas imprimitur in corde. Pars enim buboni continua caliditatem assumit, & hæc partem vicinam afficit, & hæc deinceps sibi proximam: donec intemperies ad principium insiti caloris vadit. ^p Et hæc febres accidentia dicuntur: reliquæ vero quæ a putredine, essentielles. Et ex his quædam sunt difficiles & cum accidentibus, quædam mittes & sine eis. ^q Quædo ergo in febribus putridis putrefactio est intra venas facit continuam & adherentem febrem, & non erradicatur: immo est assidua & inseparabilis. Quod si dicta putrefactio fiat cum intensione in venis proximis cordi, non sunt additiones neque diminutiones: si autem in venis distantibus fiat intensior putrefactio, quam in venis proximis cordi, tunc sunt intensiones & remissiones variæ. ^r Primæ dicuntur sinochi seu continentales, quia non modo ad intensiorem modo ad remissionem vertantur. Aliæ quamuis ad integritatem non desinant, singulis accessionibus intermittunt & hæc quando cum sinochis conferuntur intermittentes appellantur: quædo vero cum his quæ ad integritatem veniunt, continuæ dicuntur. Continentium vero tres sunt species quædam æquales perdurant, quæ homotenæ dicuntur: aliæ paulatim augentur, quæ acmasticæ: Aliæ paulatim decrescunt, quæ epacmasticæ. ^s Quæ diuersitas contingit, prout maiores aut minores sunt transpirationes. ^v Putrefactis igitur humoribus in venis, prædictæ febres continuæ generantur, si vero ad extra venas expellantur, ut putrescant, illa subita super membra sparsio, fit causa, ut incipiant cum rigore, aut horrore, aut frigore: & quod cum sudore ad infebriticationem desinant. Quarum sunt tres species, tertiana quæ per tertium

^p
Gal. cau. mor. c. ij
col. 22. & I. dif.
f. c. III. col. 119.

^q
Gal. c. I. art. cu. c.
III. & III. inf.

^r
Auc. f. I. 4. t. 2.
c. I. col. 3.

^f
Gal. I. mor. vii.
com. 3. tx. 2. col.
462.

^t
Gal. 2. dif. f. c. II
col. 137.

^v
Ac. i. tet. 2. f. I. c.
70.

tertium diem accessiōnem facit, brevis durationis. Quartana quæ per quartum, longi temporis. Quotidiana vero quæ quotidie, & minoris temporis quam quartana. Præter has tres alia possunt addi, nempe quintana quæ de quinto in quintum affligit, sextana quæ de sexto in sextum, Septimana quæ de septimo in septimum, & nonana. Et his non obstantibus triplex est vniuersum genus simplicium februm humoralium. Nempe ex colera, phlegmate, melancholia. Quæ enim ex sanguinis putredine fit, quodam modo biliosa est. Alius putredinem sanguinis dum est sanguis, accidere affirmat, quemadmodum accidit putredo phlegmati. Dum est phlegma. Neq; ex subtili sanguinis fieri colera. Neq; ex crasso melancholiam, nisi quando sanguinis putredo attingit complementum putrefactionis, neq; tunc coleram quæ ex parte subtili, & melancholiâ quæ ex parte crassa fit, necessario putrescere. Non enim omne quod ex putrido fit, putridum est. Interpellatarum februm accessio, est deterior pars totius circuitus, & est à primo insultu, ad tempus consistendi. Reliquum enim tempus declinationis melius est. Et causa continuationis continuârū est. Quod putredo per continuitatem procedit, quarūdam venarum cū alijs, propter quod putrefactio facilius per meat ad cor. In putredine vero extrinseca efficitur febris putrida, quæ interpellat. Quia humor non putrescit intra venas, ita vt defendatur à complemento resolutionis. Propter quod resoluitur per sudores, quod est subtile, & non remanent nisi cineres humorum, quæ non sunt vehiculum febris. Terminus autem istius putrefactionis humorum est, quousq; omnino sint assati. Similis enim est calor putredinalis, ex putrefactione humorum accensus, sicuti calor elementalis ex lignis. Quem admodum enim calor in lignis impressus durat, quousq; incinerentur, & sicut incineratio est terminus

Q3 ipsius

^x
Gale. 2. cris. c. vj
c. 52. l.

^y
Hip. & Gale. I.
mor. vul. com. 3.
tx. 2.

^z
Gal. 2. cris. c. xij.
col. 53. l.

^a
Auc. f. I. 4. l. 2.
c. 43. col. I

^b
Gal. apho. I. 12.
col. 19.

^c
Auc. f. I. 4. l. 2.
c. I. col. 3.

ipsius combustionis. Ita in cineratio humorum, est terminus
 ipsius putrefactionis: quamuis minus resideat cineris ex hu-
 moribus, quam ex lignis: cum humores natura aquosiores
 sunt, & subtilioris substantiæ. ^d Et putrefactio humorum faci-
 ens febrem continuam, aut in toto corpore, aut in solis ve-
 nis fit. Contingit enim, in solis vasis humores putrescere, eã
 vero quæ solida corpora regit naturam, vel omnino extin-
 gui, vel proximam esse extinctioni. Vnde quæ ex eis euacua-
 tur, frigida sunt, quia putrefactio sola occupabat vasa, mini-
 me autem membra. Cum hoc tamen nihil prohibet in venis
 (vbi putrefactio contingit,) calorem intensissimum esse, et
 sudores esse frigidos. Quod euidentissimè comprobatur in
 febribus acutis, vbi de febris intensione in venis, constat, me-
 bra autem frigida sunt, vt ex humore per sudorẽ ab eis exeu-
 tẽ apparet. Si enim à parte exiret nimis calida, calidissimus
 esset. ^e Contingit etiam in putridis & acutis febribus, par-
 tes corporis profundas vri, & exteriores frigidas esse: prop-
 ter aliquam inflammationem erysipelaceam intrinsecam,
 vnde totus ex toto corpore sanguis ad locum affectum tra-
 hitur: & exteriores partes calore destitute frigent. ^f Et hæc
 putrefactio quæ in uenis fit, similis est ei, quæ in inflãmatio-
 nibus est & sicut in his pus fit, si natura superat, ita in putridis
 febribus sedimen, si natura etiã superet. Quod puri corres-
 pondet: neq; solum putredo est dicenda, multum enim pos-
 sident coctionis, humorẽ enim putrescentẽ alterat, & in opti-
 mum transmutat. Virtute vero concoctrice superata, neq;
 valente dictam transmutationem efficere, vel ob humoris
 putrentis malignitatem: vel ob virtutis concoctricis maximũ
 defectum, coctio impeditur. ^g Distinguntur etiam febres pu-
 tridæ quæ circuitus habent, à febribus eos non habentibus.
 Quia quæ circuitus non habent, ex nullo membrorum vi-
 tio originem trahunt, sed ex sola humorum offensa in ve-
 nis

^d
 Gal. 2. dif. f. c. xi
 col. 156

^e
 Gal. aph. 4. 37

^f
 Gal. aph. 4. 48

^g
 Gal. I. dif. f. c. vi
 col. 123,

nis aut arterijs: quæ vero per circuitus accessiones faciunt, ex membrorum offensa sunt, superfluitates aggregantiũ, easquẽ ad alias particulas debiliores mittentium, ex quartũ putrefactione febris interpellata resultat. Quæ durat, donec humor putrens in totum resoluitur. Durat autem interballum seu febris absentia, quousq; aliæ mittantur superfluitates, tunc enim reuertitur febris. Quod si rursus nulle mittantur, partes autem inflammatae, & quæ dictas superfluitates recipiebant, debiles ad huc sunt, necessarium est iterum reuerti febrem. Si vero neq; partes inflãmatae debiles sunt, nequẽ superfluitates rursus adueniant, febris finitur & non reuertitur. Alius horum circuituum causas ignorans, & fugiens ad celestia tanquam refugium, ad planetas reducit. Nullas inferiores siue manifestas causas tãgens. Alius febrium periodos tangit, eorum causas omnino omit- tens, dicens & putredo quidem colerae facit tertianam & phlegmatis quotidianam, & melancholiae quartanam. Alius omissa causa propter quam redeant, & circuitus faci- ant, ingenere causam dans particularis circuitus cuiusque humoris, inquit. Causæ circuituum siue periodicationis tres sunt, velocitas aggregationis humoris qui putrescit, & mora eius. Secunda facilitas putrefactionis eiusdem aut diffi- cultas. Tertia facilitas aut difficultas euacuationis eius, quod euacuari debet. Phlegma nanquẽ febrem excitat, quæ sin- gulis accenditur diebus, quia cito ad putrefactionis locum venit, ratione suæ magnæ quantitatis, & ex putrefa- ctionis celeritate, propter suam humiditatem. Extendi- tur autem eius duratio per plures horas, quia difficulter euacuatur, ratione suæ viscositatis. Melancholia vero fe- brem accendit, quæ per diem extenditur, & quarto red- dit, quia ratione suæ paruae quantitatis, tarde aggrega- tur, difficulter autem putrescit, propter suam superfluam
frigid-

h
Gal. 2. dif. f. c. xi
col. 156.
i
Raf. 10. alm. c. 8.
post princ.
K
Auc. f. 1. 4. t. 2.
c. 1. col. 2.

frigiditatem & siccitatem. Durat autem accessio per plures horas quam quotidiana: quia humor crassus & frigidus est. Colera autem febrem accendit, quæ per diem sequentem interpellat; quia inter phlegma & melancholiam medium tenet, minoris enim quantitatis est quam phlegma, & maioris quam melancholia. Durat autem accessio minus quam in vtrisque alijs, quia subtilioris est substantiæ. Quod autem accessiones febrium intermittentium pares atque æquales procedant, atque eodem tempore inuadant, causa est, quod superfluitates quæ ex nutrimento in mandantibus particulis aggregantur, pares tum qualitate tum quantitate sint, cum ijs quæ præcesserunt, ob id quod humores ex quibus particula corporis nutriuntur, omnino sunt similes & æquales. Tunc enim, æquales superfluitates fiunt, & eodem tempore quo prius virtus membrorum expulsiua ad debiliores partes eas expellit. Quod si non æquale & idem membrorum alimentum sit, neque superfluitates ædem qualitate neque quantitate, nimirum quod accessiones diuersis temporibus, quæ ante, fiant, neque similiter durent. Superfluitates namque frigidiore & tenacior, longiores faciunt accessiones: calidiores & subtiliores, pauciores & breuiores. Quod si in viribus & corporis habitu sit etiam diuersitas, maior in accessionibus diuersitas continget. Nam in corpore astricto & virtute debiliori prolongabuntur accessiones, magis quam in raro, & fortioris virtutis. Variantur etiam circuitus, si humor putridus à sua cõplexione & specie mutetur. Aut quia tali humor alter misceatur. Quem admodum sanguis quando putrescit, quod subtile vertatur in colerã, & quod crassum est in melancholiam. Aut si æger malo vtatur regimine, tunc circuitus mutant ordinem, seu naturam. Aut enim ante, suum accelerant tempus, aut alij sunt circuitus, præter eos qui fuerant. Causa autem propter quam in continuis putridis non

l
Halia. 8. theo. c.
4. col. 2.

m
Gal. 2. dif. f. c. xi
6. 156. 158.

n
Halia. 8. theo. c.
4. in fi.

non expellit natura humores putridos aut putrescēdos extra venas, vt accessiones faciant sicut in intermittētibz, est naturam grauari à multitudinē aut viscositate, aut crassitiā humorum. ° Et causa obquam in febribz interpellatis natura non sentiat noxam ab humore expellēdo, antequā extra venas per ambitum corporis totius transmittatur, est quia natura non sentit, nisi per neruos quibus carēt vene.

Act. tct. 2. s. I. c.

74. col. 251.

p

Raf. 30. conti.

tract. 4. c. I. fol.

397. col. 2.

SCHOLIA.

QVAMVIS putrefactionis & combustionis idem sit terminus (in cineratio scilicet) putrefactio tamē à calido naturali procedit, ab alio præter naturam calore extraneato. Ad putrefactionem enim tria concurrunt agētia: primum caliditas extrinseca: secundum frigiditas propria, immò caliditas propria: & hoc est quod Aristo. dixit. Quod putrefactio est passio cōmunis frigiditatis propriæ, & caliditatis alienæ. Calidum enim extrinsecum, ad se euocat calidum intrinsecum, & quia hoc sine humido educi nō potest, humidum etiam euocat. Ad quod humidum educēdum iuuat intrinsecum calidum, humidum subtiliando & ad eandem humidi educationem, iuuat frigiditas propria, humidum exprimendo. Frigiditas etiam extrinseca ad putrefactionem facit, calorem naturalem mixti corrumpendo, & ipsum disproportionatum faciendo formæ mixti, non tamen potest, immēdiatē humidi educationē efficere. Et hæc humidieductio aprædictis causis non violenter fit, quia putrefactionem facientia, remissē agunt. Combustio vero fit ab agēti adeo forti, vt simul alteret, & corrumpat. Propter quod putrefactio minus incinerat. Immò in re putrefacta multum de humido restat: & ob eandem rationem adustio ad maiorem substantiæ æqualitatem rem deducit, quam pu

R trefactio.

trefactio. In putrefactione enim maxima est partium diffor-
 mitas, est enim alteratio edirecto cōtraria digestionī. Quo-
 madmodū enim digestio in bona permixtione humidū cū
 sicco cōsistit. Ita putrefactio in dissolutione, & separatione
 humidū a sicco. Ex quo necessario sequitur tanta partium e-
 therogenicitas in re putrenti, vt aliquæ adeo humidæ exi-
 stāt, vt præter cōsuetudinē humiditas ex eis distillet, alia ve-
 ro adeo sicca, vt humore priuatæ appareant, quamuis prius
 præhumidæ fuissent, & dulcedinem naturæ suæ familiarē,
 in amaritudinem commutent, & tanquam ex cineribus pul-
 uis ex earum frictione exhalet. Combustio vero cum non
 humidum a sicco separet, sed totum violenter corrupat,
 rem magis æqualem relinquit. Et si exteriora calidiora &
 sicciora sint, in re quæ comburitur, in quo etiā a putrefactio-
 ne differt, in qua frigidiora & sicciora sunt. Cum enim
 comburens fortius & intensius agat, in partes exteriores si-
 bi propinquas, calidiores & sicciores eas efficiet, quam in-
 trinsecas & distantes. Propter quod res combusta non
 remanet sub eadem specie. Quamuis terminum combustio-
 nis non attigerit, res vero putrefacta nisi ad terminum pu-
 trefactionis deuenit, non mutat suam speciem. Et prop-
 ter eandem violentam actionem, combustio fetorem re-
 mouet immo & putrefactionem. Putrefactio vero fetorem
 generat, nequē combustionem remouere valet. Difficilius
 tamē prohibetur putrefactio, eo quod sit magis intrinseca,
 & à principio etiam intrinseco, combustio vero remoue-
 tur facilius, quia magis est extrinseca rei, nequē à principio in-
 trinseco aliquo modo procedens. In febribus intermitten-
 tibus quia virtus fortior est, & magis humorem vitiosum
 dominans, quam incontinuis, humorem putrefactioni de-
 stinatum, à nobiliori loco ad ignobiliorem, & à loco pro-
 ximiore cordi, ad extra venas fecernit. Quo fit vt febres in-
 termit-

termittentes continuis quibuscunq̄, securiores sint. Ut asserit Hipocrates apho. 43. 4. sectionis. Vbi Galenus illud esse asserit, ob id quod non continue affligant neque ex maligna humorum putredine, veluti continue. In continuis vero ut parum ante diximus ex Actio tetr. 2. ser. 1. c. 74. columna. 251. causa propter quam natura non expellit humores putridos aut putrescendos, ut accessiones faciant, est quia à multitudine aut viscositate aut crassitie humorum grauatur. Quando igitur in continuis putridis virtus non omnino ab humore putrescēdo superatur, non potens ad extra venas illum exterminare, à venis magnis ad paruas eum expellit. Quo tempore febres continuæ proportionales sūt, secundum naturam humoris qui putrescieri debet. Si enim colera sit, tertiana continua fiet. Si phlegma quotidianā cōtinua, si melancholia quartana continua. Quæ omnes cōtinuæ proportionales dicuntur, quia modo ad intensionem, modo ad remissionem cōuertuntur, in quo a febris continuis conclusis differunt, quæ nullum motum proportionalem habent: sicuti febris sanguinis, & causus. Tunc autem incresecunt febres proportionales, quando a venis magnis ad paruas humor putrescendus impellitur, quo tempore adest quædam frigoris dispositio, ob viciniam quam venæ parvæ habent, cum nervis per membra dispersis. Quod ergo in intermittētib; per extramissionem humoris, rigorem, vel saltim frigus causat in continuis proportionalibus, (Vbi humor putrescendus non extra venas expellitur, nequē nervos percutit, sed ob solam viciniam, aut quia parū humoris refudat). Loco rigoris aut veri frigoris quendam teporem causat. Propter quod eas intermittētib; similes dicit Galenus secundo de crisi. cap. 3. columna. 520. & 521. & libr. de morborū. tempo. cap. 7. & 8. colu. 349. vbi Galenus affirmat, quod omnia accessionum

tempora quæ in intermittētibus reperiuntur, ad sunt etiam in continuis proportionalibus, vltimo dēpto, puta interuallo. Si vero virtus ab humore putrescendo adeo grauat, vt illum à venis magnis nequeat propellere, tunc fit febris continua conclusa, quæ nullum habet proportionis modū. Dato enim quod in febre ardenti (quæ febris cōclusa est) aliqualis appareat remissio, illa remississima est, & parū manifesta: quæ ideo cōtingit, quia à venis magnis iuxta cor parum humoris aut resoluitur, aut ad distantiores venas impellitur. febres tamen proportionales & ardētes diuersimodi ad has remissiones deueniunt. In febribus enim continuis proportionalibus intensiones fiunt, quādo humor mouetur de venis magnis ad paruas ad putredinem. Quo tempore contingunt remissiones in ardentibus.

DE SIGNIS FEBRIVM PV-
TRIDARVM IN VNI-
uersali. Et feb. sanguinis.
Cap. II.

PRIMO ergo die cognoscendum est de febre putrida, si ex intermittētibus aut ex continuis sit, si mitis an acuta. Si longa vel breuis esse debeat. Et si nō in primo, taltim in secundo, vel tertio: & pauca sunt, quæ vt cognoscantur quartum diem disiderent. ^a Nam si spacia inter accessiones porriguntur, manifestum est morbum hunc longum futurum esse: vbi vero sine intermissionibus accessiones & dolores graues vigent, acutus morbus est. ^b Impossibile est enim, ægritudines quæ vehementer nocent, diu permanere, sed aut cito perniciem afferent, aut à natura per crislum repellent

^a Gal. I. vii. cur. c. iij. col. 371.

^b Corn. Cell. l. 3. me di. c. 2.

pellentur. ^e Signum febrium putridarum est, non incipere à causa primitiua seu præincipienti. Hoc signū est ipsis proprium, non tamen inseparabile. Quamuis enim à causa primitiua non procedant immediate, bene tamē mediate, quādo scilicet facta fuit diaria, spiritus inflammando, & propter humorum apritudinem ad putridam permutatur, diaria euanescente. ^d Alius à causa externa immediate effici posse asserit, & mediate etiā, ex febris diariæ degeneratione. Cognoscitur autem transitus diariæ in putridam in tribus. Primum quod diaria quæ præcessit, non finierit in purum interualum. Secundum quod status non sit ad tollerandum facilis. Tertium quod status non desinat cum sudore. In qualem autem speciem degeneret, cognosces ex his signis, si æger pallidus aut vigil euadat, & curis laboret, & ætate floreat, si usque in tertianam transisse, si autem albus, & vita ociosus, tunc puta quod sit quotidiana, & si plumbei sit coloris, suspicua quartanam. Significat etiam febres putredinis prauus odor & fetidus febricitantis. Vt ex quinti historia constat, qui cum curasset hominem, qui vini odorem ferre non poterat, cum rogauit ut vini odorem tolleraret, postquam ipse febris putridæ nidorem ab eo profectum ferebat. ^f Proprium etiam signum febrium putridarum est, cum rigore incipere, quamuis non præcesserit solis ardor, neque refrigeratio valida. Qualis solet accidere, per niuem itinerantibus. Non tamen est inseparabile, non enim omnibus putridis conuenit. ^g Et ut plurimum in febribus putredinis antecedit lassitudo, pigritia, alices & saltus, somnus & constrictio anhelitus, pulsus submersio cum diuersitate. Et de ijs, quæ significant quod febris sit putrida, est transitus periodi primi ab aliquo humectatione rorida. ^h Maximum etiam putridarum febrium est signum, vrina cruda, aut debilis coctio, caloris insuauitas. Nihil enim est in eo moderatum, neque suaue, sed

Raf. Io. alma. c.
22. in princ.

Gal. I. dif. f. c. viij
col. 125.

Tralial. l. 12. c. 2.
pag. 700. 701.

Gal. 6. morb. vl.
com. 4. tx. 9. col
696.

Gal. I. dif. f. c. viij
col. 125.

Aui. f. I. 4. t. 2. c.
2. in princ.

i
Gal. I. dif. f. c. vij
col. 126.

K
Tral. l. 12. cap. 2.
pag. 701. 702.

l
Gal. I. dif. f. c.
vij. col. 125. 126.

m
Gale. 3. pref. pag.
exp. cap. vij. col.
456.

n
Aur. f. l. 4. t. 2.
c. 2. §. 3.

o
Gal. 2. dif. f. c. ix
c. 151. inf.

mordax tactuiq; molestum.^l Et quamuis in heclicis calor similiter insuavis & mordax sit, diuersus est ab eo. Est enim in heclicis magis profundus, in putridis vero magis erodes & per extimas partes magis percipitur.^k Est etiam propriū febrium putridarum signum, siue in principio siue in augmento, pulsuum inæqualitas, cum velocitate in contractione. nulli enim alteri generi febrium est hoc signum commune. Nisi talis inæqualitas ex aliquo accidenti contingat, videlicet si humor ad ventriculum irruens, ipsum mordeat. Nō tamen à putridis est inseparabile, multæ enim sine sensibili inæqualitate incipiunt, atq; ad consistentiã accedunt.^l Ratio autem propterquam in putridarum principio pulsus inæquales & languidi sunt & parui est, ob facultatem affecta. Tardi vero sunt, ob frigiditatem ingentem. Verum contractio non est adeo tarda, sicuti distentio. Distinguitur autem si illa pulsuum inæqualitas sit ex accessione putrida, vel ex alio accidenti (veluti ex effusione humoris ad os vetriculi, vel ex forti frigore vel alias) quod in quocunq; accidenti adeo tarda est contractio sicuti distentio, immo sunt æquales. Et ijs æqualibus motibus coniungitur raritas in quietibus, in accessione vero febrili vt distentio fiat tardior priori distentione, cōtractio velocitatē nascitur. Propter quod restringit quietes externas, vt crebrior hic pulsus euadat, nō autem internas.^m Et inceptio febris cum rigore, & dimissio cum sudore, significabit putredinem extrinsecam. In trinsecam vero putredinem significabūt, signa putredinis absque his.ⁿ Febrem autem à sanguine putrido significabit, acredo caloris impressi, aut quod sit maior multitudo vaporū, quā eorū mordacitas. A sanguine vero non putrido, calor multus & mitis. Si vero est maior mordacitas in vaporibus, quā multitudo, febris erit ab utraq; bile.^o Internosces autē sanguinis copiam, ex vrina rubea, putrida, turbata, & acti, &

ex oculis biliofis, & rubris. Et totum corpus est graue, & amplas habent venas, & torulos earum tumidiores, quam antea. ^p Significabit etiam febrem sanguinis rubedo faciei, cōstrictio in anhelitu, inflatio in gutture & amigdalis. Et nō est caliditas eius sicut caliditas caufi & tertianæ. Et in ea quæ est a putredine, caliditas & accidentia sunt maiora. ^q Significat etiā febrem sanguinis tan putridi quā nō putridi, somni profunditas, & subet, & loquela grauis ob multorū vaporum humidorum ascensum ad cerebrum. Et propter multitudinem sanguinis venarum apoplecticarum: quæ cum augeatur, ducit ad apoplexiam & asthma: vnde à multis hæc febris asthmatica dicitur. ^r Obliuio etiam sub accessione in febribus intermittentibus, langor vocis quæ deffectus mortale signum, significat enim virium animalium exolutionē. ^s Et earundem accessionum anticipatio plus quam proportio exigat, cum accessionis duratione, & magnitudine & malo more augmentum significat. Nisi per humoris proprietatē fiat. Postpositio vero cum breuiori accessione & min9 molesta significat declinationem. Cum vero quæ ad accessiones duas pertinent, æqualia fuerunt, morbi significat statum. ^t Et præcipuè si accessiones æquales fiant post earundem anticipationem. Significabitur etiam proximum esse statum, quando accessio & rigor breues sunt. Quando autem longa est accessio, & rigor prolixus, statum distare significatur. ^v

^p
Trall. li. 12. ca. 2.
pag. 702.

^q
Auic. f. 1. 4. t. 2.
c. 44.

^r
Raf. 30. cūti. tra
5. c. 1. fol. 398.

^s
Hip. & Gal. 3.
mor. vul. com. 3.
tx. 37.

^t
Gal. I. cris. c. iij. e.
483. 484.

^v
Auic. f. 1. 4. t. 1. c.
iij. col. 2.

SCHOLIA.

DIFFICILIS admodū videtur Galenus, dū primū signū febrū putridarum assignat, inquit enim propiū esse

esse februm putridarum, à causis procatartiacis siue incipientibus non procedere, & nulli aliarum februm hoc conuenire, diariæ enim à causis procatartiacis semper fiunt, hæctica vero quando ab istis non fiunt, nunquam fiunt incipiendo. Sed ad putridas sequuntur. Et subdit, hoc signum quamuis proprium sit putridarum, non tamen est inseparabile. Immo aliquam putridam à causa primitiua procedere asserit, quando corpus impurum est, & causæ primitiue diariam fecerunt, quæ ex humorum aptitudine transiit in putridam. In quibus Galenus diuersus apparet, iam enim esse febrem à causis primitiuis intelligit, quamuis ab ipsis non incipiat. Veluti quando affirmat, separabile esse hoc signum a putridis, iam vero per esse, vel non esse à causis primitiuis, intelligit, quia ab ipsis causis primitiuis incipit, & non alia febre mediante, vt quando ait, hæctica vero quædo non est à causis primitiuis, non fit incipiendo, sed ad putridam sequitur. Thomas de Garuo vt Galenum saluet, intelligit hoc signum esse proprium febribus putridis, quando incipiunt. Et eundem intellectum dat Nicolaus Florentinus, trac. 2. ser. 2. summa. 4. distin. 1. c. 18. dicens. Cum absque causa primitiua quis febrere incipit. ita quod prius non feoriebat, tunc scias hæc febrem in humoribus, & putridam esse. Sed peterem à Thoma. & Nicolo, si de febre de nouo incipienti, in hoc signo Galenus est intelligendus, quomodo idem Galenus saluabitur, dum per secundam propositionem asserit, hoc esse à putridis separabile. Quando in corpore impuro causa primitiua post diariam efficit putridam, quo casu putrida non à causa primitiua processit immediate, nec incipiendo, sed mediante febre diaria inter causam primitiuam, & febrem putridam. Vnde alij vt Galenum saluent, & vt absolute hoc signum intelligatur, asserunt posse febrem putridam à causa primitiua effici, nulla diaria intermedia præcedente, vbi maior

maior esset passibilitas, & aptitudo in humoribus quam in spiritibus. Christophorus tamen à Vega. r. de diffe. febr. c. 9. omnes istos modernos reprehendit, negat q; intellectum supradictum ad sensum Galeni esse, & concludit Galeni dictum, quod scilicet sit proprium febrium putridarum non procedere à causis primitiuis, intelligi debere quod diaria & hectica si incipere debeant, à causa primitiua semper sunt, putrida solum ex humorum putredine, absq; aliqua præincipienti causa fieri potest. Secundum vero Galeni dictum, quod scilicet hoc signum à putridis non sit inseparabile, inquit debere intelligi, quod aliquando febris putrida à causa primitiua procedit, quando in humoribus est morbosus apparatus, & dispositio vt febris imprimatur. Quod quamuis fiat, diaria præcedente, & non immediate ab ipsa causa primitiua, quia tamen eodem die fit vtraq; febris diaria videlicet & putrida, illico cessante diaria, potest intellectus Galeni defendi, quod febris putrida à causa primitiua procedat. Significat etiam febres putredinis inæqualitas subsidentix vrinx. Teste Stephano Atheniensi pagina. 20. quod ob virium sit oppressionem, & ob humoris putrentis difformitatem. Comitatur etiam febres quæ ex putredine oriuntur, anxietas quædam, & difficilis tollerantia à putridis vaporibus os ventriculi in festantibus.

DE CIBATIONE FEBRIENTIVM PVTRIDA febre. Caput. III.

STVDENDVM magnopere in putridis febribus in ciborum coctione, ex cruditate enim duplex error oritur, vnus quod ex cibo assumpto non nutriatur, non enim nutri

S tur

tur corpus, nisi ex eo quod bene conficit: alter quod ex suo debite cocto, quem sibi reposuerat amittit. Ideo ventriculum et hepar oleo vngemus, in quo absinthium ebullerit, & alijs medicamentis amaram scilicet facultatē & astrigentem habentibus. ^a Quod si febres inconstantes sint, id est non vnā formam seruantes, non in principio victicandum, neq; curandum, donec de eius forma constet. ^b Cum enim ambigua est tibi dispositio, & non cognoscis eam, vt declines ad subtiliationem, est melius, quam ad cibi additionem. ^c In constantibus vero & intermittentibus putrius, tēpus cibandi erit in febris declinatione. Si vero cōueniens sit febris, & breui finietur, intra septimum scilicet, si virtus non sit defecura, à cibo abstinendum. Si autem vltra septimum progredi debeat, aut vires debiles fuerint, eo tempore quo minus sit discommodum, nutriendum. Et si febris accessiones habeat, summam vigorem febris præcedentis, cum principio eius quæ incipere debet, comparabis: & in summo vigore notabis, an sine magnitudine febris, corpus siccius & squalēs sit, an sine siccitate vrēs. Primus nutriēdus, secūsus quādo calor remissus sit. Quod si spatū, inter statū præcedētis & principiū sequētis amplū sit, tempus exit cibationi idoneum. ^d Frigentibus etiam pedibus neq; potum, neq; lotiones dabis, frigiditas enim pedū magna ex parte febris accessaræ signum existet: quo tēpore siquid porrigas, morbum augebis. Et hæc pedum frigiditas per augmentum durat. Tunc enim calor per thoracem ascendit ad caput. Cum ergo caput in frigidatur, & pedes calefcunt. Tunc cibus dāndus. ^e Quod si tempora morbi vniuersalia consideremus, dignior horarum ad subtiliationem est status, & ad incrassationē, est hora in qua virtus nō est valde occupata in causa morbi, & est principium. Et in ætate cōuenit cibum partiri, propter virtus debilitatem, & ambientis resolutionem. Et si arger

^a
Gal. II. met. c. 15
col. 281. 282.

^b
Hip. Gal. 4. vic.
ratio. ix. 52.

^c
Aul. f. 1. 4. t. 2. c.
8.

^d
Gal. II. met. c. 21
col. 288. 289.

^e
Hip. Gal. 4. ratio.
vic. ix. 39.

si æger sit colericus resolvable, & affectus comestioni plurimæ, amplius nutriendus. Tales enim in principio febriū sunt cibandi, imò in statu quæ est hora prauior ea. Quando enim non cibantur, si sint debiliū viriū sincopizāt, & moriuntur: si vero vires sunt fortiores, extenuātur. Quod si affuerit effusio coleræ ad stomachum, tunc sumat in potu sirupum acetosum cum aqua calida multa, & euomat.^f Cibabimus ergo in primis diebus dietā incrassando, & quotidie aliquid ab hoc subtrahendo, donec consistat morbus. Cum vero ab statu recesserit, iterum incrassandum. Quod sic fiet, ne ex dieta crassa ad subtilem sine medio fiat transitus. ^g Considerandum tamen quod omnium carniū species in febribus putridis, citissime conuertuntur ad putredinem. ^h Cibus ergo in acutis sit succus ptisanæ, in ijs in quibus non acefcit: & mellicratum, in quibus non bilefcit, & sorbitiones ex alica, & panis ex aqua. ⁱ Immo ptisanam bis dabis, vbi ea sit necesse, tanta quantitate, quanta fuerit virtus, quæ eam coquere debet. ^k Neque initio suæ exhibitionis detur admodum crassa: immo à cremore incipendum. ^l Hac consideratione, quod in acutis morbis qui pro eorum medella, neque sanguinis missionem, neque ventris subductionem requirunt: neque in ipsis adsit symptoma, quod minetur periculum, tota ptisana vtamur. Cremore autem solo, vbi purgatione vel ventris subductione non indigentes, quid fallaciæ aut periculi minatur. Si autem sanguinis missione vel purgatione, aut doloris sedatione indigeant, neque tota ptisana, neque eius cremore vtendum, prius quam sanguinis missio, aut purgatio aut doloris sedatio facta sit. ^m Ex fructibus cōueniūt pruna recentia, granata muza, mala. Et si febris ex sanguine vel colera sit, medulla citroli & cucumeris. ⁿ Cōuenētiores enim cibi

f
Aui. f. 1. 4. t. 2. 8.

g
Haliab. 3. pract. c. II. col. 2.

h
Auenz. l. 3. t. 7. c. fin. inf.

i
Gale. Lar. cur. c. xiii.

k
Ga. I. vict. rat. tx. 19. col. 601.

l
Hip. Gal. I. vict. rat. tx. 21. & tx. vltimo.

m
Gal. I. vic. rat. tx. 19. col. 600. 501

n
Serap. trat. 6. c. 12. col. 2.

sunt humidi. Et maxime quibus complexio est humida. Et cum natura est restricta, non cibus, donec ægrediatur perfecte fex. Et ordo ciborum incipiendo à crasso ad subtilem est, galina, extremitates eius, pulli, ova forbilia pauca, & pisces parui: & subtilior ijs est cremor prisanæ: & subtilior hoc, panis solutus in aqua, solutione subtili, & succus granatorum est subtilior. ° Hora autem comedendi in febris tridid est, hora in qua æger maiorem alleuatiōē sentierit, quod si nullam sentiat, sit hora in qua solitus est comedere, aut hora temperatior aut frigidior diei. p Cibus enim eo tēpore offerēdus quo facilius morbū tollerāt. Quātitas autē cibi ex viriū substātia sumetur, qualitas ex affectu. Nā si febris cū obstructione sit, cibus cōueniet, qui incidat. ° Et ex ægri temperamento & ex ætate, pueri enim & senes vltimi senij, ex cibi penuria magis quam cæteri resoluntur: diuersis tamen rationibus: pueri propter suæ complexionis caliditatē & humiditatem multum extenuantur, si in ediam ferant. Decrepiti vero propter virium imbecillitatem. ° Mulierem etiam vtero gerentē febre correptam, maxima prudentia nutrire oportet: si enim multum nutriamus, morbum augeamus, & matrem occidimus: Si vero parum, quamuis matris succurramus, fœtum interficimus, ex alimenti defectu. Sed de cibo facilis quidem cum ægro ratio habetur, ægrorum enim stomachus sæpe cibum abhorret, etiam si mens eum concupiscat. De potu vero ingēs est pugna, maxime si magna est febris. Vnde persuadendus est æger, quod vbi febris quieuerit, protinus sitim etiam cōquieturam. Infensissima enim est potio, & maxime fæminis quæ à partu febricitarūt. Et quemadmodum longior sit accessio, vbi æger in accessione est cibatus, ita ex intempestiuo potu. Vnde celerius desinet sitire, si non bibat. ° Si autem sitis multum vrgeat, potum dabimus. Et sit potus, si natura decliuis sit ad siccitatem,

^o
Auc. f. I. 4. t. 2.
e. 8. col. 2.

^p
Raf. Io. Alman.
e. 5. prope fin.

^q
Gal. II. met. c. 5
col. 268.

^r
Gal. apho. 2. 28.
col. 60. & apho
vismorum. l. 16.

^f
Gal. apho. 5. 30.

^t
Cor. cell. 3. c. 27

tem, aqua prunorū. Et aqua cucurbitæ cum saccharo. Si autem ad siccitatem declius non sit, tunc detur cum syrupo acetoso & rob granatorum. Et quando soluitur natura solutione vehementi, detur aqua fauce ordeī cum trociscis de spodio, & cum rob malorum citoniorum aut granatorum muzorum. ^v In febribus tamen putridis ex humore subtili veluti caufone, & alijs colericis, vbi non soluitur natura, ne q̄; tussis adest, aqua cum syrupo acetoso refrigerat, extinguit, & humoris viscositatem incidit, & opilationes aperit, & humorem educit putridum. In febribus verò phlegmaticis aqua fit cū syrupo acetoso de feminibus, amplius enim subtiliat & vrinam prouocat. ^x Alius aquam cicerum dicit pro maiori parte conuenire in febribus putridis, & aquam ordeī. Quamuis enim sit frigida & humida, abstergit & lauat vias absq; inflammatione. Sed aqua ordeī nocet stomacho, vnde parum masticis ei misceatur. ^y Et quando in febribus putridis post putridorum humorum euacuationem, corpus rarefacimus, licet vinum propinare aquosum, vniuersas enim promouet euacuationes. ^z Non tamen in febribus ex colera vinum propinabitur, quamuis conueniat in febribus de humore crasso, sicuti quartana tertiana notha, & quotidiana cum apparent vestigia coctionis. Et vinū sit subtile, inter nouum & vetus medium: adiuuat enim naturam ad coquendum & subtiliādum. Quod si in capite sit grauitas, minime bibendum. ^a Potus autem in febribus putridis tāto magis frigidus vel minus detur, quanto humores magis vel minus fuerint cōcocti, & crassities humorum obstruentium magis vel minus extenuata. ^c

Serp. tract. 6. e.
12. col. 2.

Haliab. 3. pract.
c. 11. prope fi.

Auer. 7. col. c. 9.
col. 3.

Paul. 2. c. 18.

Haliab. 3. pract.
c. 11. in fi.

Gal. 11. met. c. 7.
col. 268.

SCHOLIA:

CVM alimentum ad refarciendum quod per calorem consumitur, concedatur. Neq; deperditum refarciri potest, nisi alimentum concoquatur, dandum erit, quando virtus quæ illud coquere debet, liberior ac valentior est, neq; à febris intensione grauatur. Quod tempus in intermittentibus febribus erit, quando declinant, in continuis vero quando febris est remissior. Quod si febris continua nullam remissionem fecerit, derur in hora qua æger solitus est comedere, aut in hora temperatiori diei vt allerit Rasis. 10. Almansoris. c. 5. cibus autem sit ptisana. Quicquid dixerit Manardus (eam respuens) epistolarum. 5. epistola. 2. ptisana hisce temporibus non esse vtendum, quamuis Hipocrates & Galenus & tota græcorum classis eam tantum celebrassent. Tum quia illis temporibus insanitatis regimine eam maxime assuetcerent, & victus consuetudo tam insanis quam in ægris custodienda est. Terte Hipocrat. 2. de ratione vic. in a cutis. Tum etiam quia istis temporibus, sit nimis insuaui, & quia sunt alia quæ loco eius minus displicent. Et eodem Hipocrate teste. 2. aphorismorum, libr. parum deterior cibus aut potus suauior autem, melioribus quidem sed non ita suauibus est præferendus. Vnde hoc tempore ptisanæ dissiuetudo & insuauietas eam maxime dissuadent. Quibus satis subricis rationibus putat se tantorum virorum consilio resistere, ægrosque tanta victus commoditate priuare. Cū ipse de vtilitate ptisanæ, nõ dubitet, sed de sola eius dissiuetudine seu omissione, insuauietate: & quia non bene paratam ægris offerunt. Vnde prudentius fecisset, si medicos qui eam omiserunt, increpasset: eo quod rem tante frugis omiserint, neq; modum eam recte paradi dederint, & ægros quia eius leuè insuauietatem pro salute nõ tollerant. Quam ptisanam omnino inculpabilem culpate. Neq; suæ rationes concludunt. Neq; Hipocrates in morborum medella totum egerit consue-

consuetudini cōmittit, loco quē ipse allegat, sed aliquid mē
 de illa tantū. Eius enim verba sunt, eodē mandū autē aliquid
 tēpori etiam regionī, & consuetudini. Cū igitur pro febribus
 hecticis et putridis, extirpādis maxima curationis pars in exi
 bitio ne ptisanā cōsulat nō erit causa, sola eius dissimilitudo
 ipsam s̄p̄nēdi, ubi q̄ etiā Hipocratis in victus ratione cōn
 siliacōla, totū negotiū suāritatē cibō cōmittit, nisi quādo
 suavior cibus partū deterior est. Tacite innuēs quod si mul
 tū esset deterior, nā esset eius sanitas p̄ferēda. Nullus au
 tē alius cibus pro febriū in edelā adduci potest, qui nō mul
 to ptisana sit deterior. Sola enim inter alios cibos p̄rrogā
 tiuā habet ad febres. Teste Gal. inde ptisana. c. iij. febribus e
 nim hecticis maximā subuenit, & in putridis omnia ad implet:
 infrigidat enim & humidat, & faeces putridos detergit, &
 semiputres cōcoquit, & in melius trāsmutat, & si in magis
 quā aqua reprimat. Et de attenuāte diēta. c. v. Gal. inter ac
 tenuātia & abstergetia eā collocat. Et p̄ter id quod infri
 gdat & humidat & attenuat, quicquid in semicoctis crudis
 ve succis cōtinetur crassitiei, id seccat attenuat teste Gal. 4.
 āsanitate tuē. c. ix. col. 334. facilius q̄ cōcoquitur & distribui
 tur. Febribus ardētibus dicit accōmodatissimā, & eis ex om
 ni parte opponi, refrigerās scilicet, & humidatās. Et si quid fla
 tuosū habet, p̄ maximā decoctionē amittit. Quāuis p̄ eandē
 decoctionē hētorē (apparētē tantū) efficiat, cū in rei verita
 te nihil glutinosum, aut obstructibni aptū cōtineat. Quā qui
 dē vsū fuisse ait Gal. de arte cura ad Glau. c. ix. in tertiana
 exquisita à principio morbi, vsque ad crīsim, & illud ex
 Hipocratis sentētia. Laudat etiā ptisanā, ordeaceā Aristo
 pro febribus medēdis eāq; triticeā ptisanā anteponit primā
 particula, p̄blematū p̄blema. 37. nō tamē ptisanā vt in om
 nibus acutis morbis, eodē modo consulit Gale. 1. de ratione
 vict. te. 19. col. 601. Aliquādo enim tota ptisana veluti in acu
 tis, qui neq; sanguinis missione, neq; purgatione indigent.

Cremo

Cremore autem solo, vbi prædictis euacuationibus non indigentes, aliquid fallacie periculi ve minatur. Vbi vero euacuatione per sanguinis missionem vel per purgationem indigeant, neq; tota ptisana neq; eius cremore vtendum. Quæ Galeni sententia duplici sensu erit interpretanda. Aut vt intelligatur totam ptisanam competere in acutis morbis, qui neq; sanguinis missione, neq; purgatione indigeat, nõ quia à sui principio tales morbi illis euacuationibus non indigerent, hoc enim difficile admodum apparet, morbum in quâ acutum esse (qui necessario materialis morbus est,) & pro sui medella humoris euacuatione non indigeat. Sed quia prædictæ euacuationes præcesserint & fuerint exequutæ. Quo casu totam ptisanam dare consulit Galenus. Alio modo intelligi potest, de morbis acutis qui à sui principio talibus euacuationibus non indigeant: immo quod sola ptisana curetur. Qui casus & si difficilis appareat, possibilis tamen est, quâdo morbus acutus ex humore esset resolubili, veluti ex colera naturali, & in homine raræ contexturæ, calidæ & siccæ complexionis, & in tēpore vbi euacuationes interdiciuntur. Veluti sub cane & ante canem, neq; robur habente, ad dictas euacuationes ferendum. Quo casu utrumq; credendum quod scilicet neq; sanguinis missione neque purgatione indigeat, & quod talis morbus, sola ptisana medeatur. Tum quia ptisana vim medicamenti & alimenti habet, vt asserit Galenus. i. derat. vic. in acut. tex. 44. colu. 613. tum quia calidis & siccis naturis commodissima est, vt asserit idem Galenus § meth. c. 2. col. 196. sicuti contigit Galeno tertianam exquisitam curasse, à morbi principio vsque ad crism, sola ptisana. Et in vtroq; sensu sententia Galeni verissima & rationi maxime consonans est: corporibus inquam multis & prauis humoribus abundantibus, ptisanam totam & cremorem etiam eius non conuenire. Cum enim

talia coctione magis indigeant, quam infrigidatione & nutritione, nimirum quod vtrunq; noceat, quamuis eius frigiditas cum absterfione fit. Propter quod primo de vic. ratio textu. 44. consulit Galenus. Quod in morbis acutis in quibus virtus vltq; ad iudicationem sine ptisanæ sorbitione sufficere valet, oximeli aut aqua mulsa tantum tribuatur. Præter id quod non pura corpora (qualia sunt sanguinis missione & purgatione indigentia) quo magis nutrites magis ledes, quod timens Gale. i. de vic. ratio in acut. text. vltimo, hæc verba profert. Quis nam ex languentibus ptisana vti possit, comperies. Sic tamen vt a cremore ipso exorsus, ad ipsam sensim, paulatimq; te transferas. Dico autem sensim paulatimq;. Vt primo quidem, solo vtaris cremore, deinde cremoris quidem plus exhibeas, ptisanæ autem exiguum: deinceps æqualiter vtrunq;, mox ptisanæ plus, atq; tandem eã solam. Eandem sententiam tenet Hipocrates. i. de victu ratio tex. 21. loquens de exhibitione ptisanæ hæc verba asserit. Verum neq; inter initia, neq; multam, neq; admodum crassam dare oportet. Et hæc est causa, quod Galenus adeo confidenter ptisanam propinet in febribus hecticis. 10. meth. c. 11. quia neq; sanguinis missione, neq; purgatione egent. Vnde merito sunt culpandi multi nostri temporis medici, qui ptisana, aut eius succo intempestiue vtentes, in febribus putridis (causa ipsius febris adhuc vigente) illico ptisanam cõcedunt: & si non totam, saltem succum adeo inspissatum, vt toti æquiualeat ptisanæ, nihil de cibo consueto interdidentes. Confidentes quod ptisana vtrunq; respicit, causam inquam & febrem. Vnde morbi causa infrigidata, & per se perfluum nutrimentum tum aucta, tum impedita vt concoquatur, morbum augent. Laudãdi vero, qui post causæ morbi coctionem & euacuationem ptisanam propinant. Et ex ea solam cremorem subtilem, si aliquid causæ morbi remãserit.

T

ferit.

ferit. Totam autem ptisanam intelligemus ad mentem mu-
 la aphoris. 18. 2. sectio. totum decoctum ex ordeo, cremo-
 re, & aqua, quæ etiam ptisana non colata dicitur. Quando
 autem illâ ab aqua in qua fuit facta decoctio, per colamus,
 ptisana colata dicitur. Quando vero succum tenuem à ptis-
 ana, quæ fuit colata, ad decoctionem extrahimus, cremor
 ptisanæ. Quem si subtilem extrahere velimus, vna pars or-
 dei decoquatur in viginti aquæ, donec tres partes deficiât,
 & post decoctionem coletur. si vero crassiores, decoqua-
 tur vna ordei pars in quatuordecem aquæ, donec quarta
 pars aquæ maneat: quod si excorticatur ordeum, & infrigi-
 dabit & nutriet magis. Quæ quidem ordei decoctio com-
 poni debet iuxta particularum affectus. Nam si pectus offē-
 sum sit, decoquantur simul iuibæ, & si cor, flores berragi-
 nis, & si ad sit hepatis distemperies, lactuca, portulaca, endi-
 uia, & si renes affecti sint, semina cōmunia frigida. Et si ven-
 ter nimis sit astrictus, violæ, pruna tamarindi. Quod si am-
 plius velis nutrire, ordeum excorticatum & in aqua aliquâ
 tulum bullitū, in iure pullæ aut gallinæ decoquatur, donec
 tenerum fiat, & aptum ut cōmedatur. Aut ex farina ordei a
 qua & saccharo pulvis fiat. Aut loco aquæ sit lac amigda-
 rum. Quod si venter plurimum profuit, torrefiat ordeum
 tunc enim siccus efficitur, & v̄trem sistet, aut cum trochis-
 cis despodio: infrigidabit enim magis, & ventrem sistet. Po-
 tus vero in febribus putridis acutis, sit aqua cum succo gra-
 natorum acetosorum vel muzorum, aut cum succo limo-
 nis, aut verberorum. Si vero non adeo sint acutæ, cum or-
 deo & cinamomo. Et si synopsis ad sit, aut vitium manife-
 stus lapsus, & febris nō sit valde acuta, vinum dabitur: quod
 album subtile & aquosum sit, aquæ simile: Quod vulgo di-
 citur baladi. Nisi caput afficiatur, tunc enim omnino vinū
 fugiendum, tam debile quam potens. Caput enim reple-

re potest. Si tamen syncopis magis vrgeat, quam capitis affectus: si quis tales dispositiones complicatas habeat, misceatur vinum, cum eo quod alterius affectus discommo- dum temperet.

DE CVRA FEBRIVM PVTRI- DARVM IN VNIVER-

sali & febris sanguinis.

Caput. III.

PVTRIDARVM febrium curam dilatare, pessimū est. Nam febres vehementiores redduntur, dum putredo augetur, & vires imbeciliores fiūt. Vnde neq; febris magnitudinē aegri ferre possunt, neq; magnorū præsidiorū curationem. ^a Curatio ergo putredinis febriū in viuētib9 ad similitudinē fiet corporū non viuorū, quæ putrescūt. Primo enim quātū ex his putruit, secatur & reijcitur. Quod autē remanet ad aerē frigidū apponūt. Sic in putridis febribus vacuationē humoris putridi faciem9, per venæ sectionē, vrinā deiectionē, vomitū, sudorē. Post quas euacuationes perspirationē remanentis humoris, cū aere benetēperato procurabimus. ^b Sanguinē ergo mittere oportet ob morbi magnitudinē: præcipue quibus est rubor mult9, & corporis tumor, & venæ eminentes atq; extēse: nisi vires aut ætas illud prohibeāt. ^c Quod saluberrimū est in febribus tā continētib9 quā putridis alijs. Exonerata nāq; natura & alleuiata, reliquū sine difficultate vincet, & cōcoquet, quod cōcoqui est habitus, & quod excerni debet excernet. ^d Siue humor in venis sit sanguis, siue mixtus sanguini. Et pprie quādo vrina est rubea crassa. Nō citrina ignea, ex qua timeatur victoria coleræ. ^e Et si præcedat ciborū cruditas, tāto tēpore venæ sectio differri debet, quanto videbitur, satis facere cruditatis coctioni, & descensui excrementorum. ^f Sufficiet quē præ-

Trall. 12. ca. 2.
pag. 702.

Gal. II. met. c. 8.
col. 270.

Gal. I. ar. cu. c. xiiij.
c. 379.

Gal. II. met. c. 15.
col. 281.

Auc. f. I. 4. t. 2.
c. 7. col. 2.

Gale. 9. met. c. 5.
col. 224.

^g
Acti. tetr. 1. 2. f. 11
c. 71.

^h
Auenz. o. li. 3. t. 1.
6. 4.

ⁱ
Ga. 9. met. c. v. c.
224.

^k
Fral. lib. 12. c. 2.
pag. 703. 708.

^l
Ga. 1. vic. rat. tx
II. prop. fi.

^m
Ga. II. met. c. 9.
sol. 271.

dicta excrementa ad intestina descendisse, quamuis non euacuentur. ^g Alius non solum ante venæ sectionem cruditates remouet, immò iubet ex colera aliquid euacuare. ^h Si autem facta sanguinis euacuatione, suspectam habes, aliam fieri debere à natura, siue per menstrua, siue per hemorrhoidas, tantum sanguinis dimittes, quantum speratur vacuandum à natura. Et si tempore mittendi sanguinis mensis contigerit, siue etià hemorrhoidis, inspecto fluentis impetu, si quod petis, aut desideras, euacuatur, naturæ omnem rem dimittes: sin minus, tantum detrahes, vt ex ambobus quod postulas, perficiatur. ⁱ In putridis etià biliosis nō minus sanguis est mittendus. Nam colera per venæ sectionem, crassior & euacuationi magis idonea redditur. Fitq; non adeo furēs. Et quia venæ sectio per spiratione discutere potest humorē putrentem, intus latitantem. Neq; permittendum, vt colera per multitudinē meatibus infarciatur. Quod si virtus nō sit, aut æger eam respuerit, ad victus rationem te conuerte, quæ infrigidet, humectet, & attenuet. Quamuis biliosis febribus si vehementes non sint, purgatio est potior, in sanguineis vero, venæ sectio ^k. Immo in sanguineis tutius est nō purgare, sed solum modo sanguinem mittere: in acutis enim febribus potius venæ sectione quam pharmaco vtendum. Nā venæ sectio innoxia est, purgatio autem in discrimen ducit: maxime si laborantis naturam quis ignorauerit. ^l Pro humoris coctione, conuenit in febribus putridis acetum mullum simplicissimum, & cremor fauorum mellis clotorum, a pomeligræci dicunt, & aqua mulla: quæ ad attenuandū crassos humores, & detergendum viscosos, & promouēdas excretiones iuuat. Quod si immodica fuerit caliditas, abstinēdum ab ea, quoniam calorē auget. ^m Et si adsint obturationes ægre solubiles, acetum mullum iuuamentum facit, quāuis si immodice quis eo vtatur, corpus ad dysenteriam disponat,

ponat, & rursim mouet & neruofas partes ledit. * Et quemadmodum febrium diariarum, & heciticarum propria & vera est curatio, & per cōtraria. Ita putridarum curatio fit per causæ ablationem: hoc est putredinem ipsam remouendo. ° Putredo autem contingit, ex stipatione extremitatum venarum, aut ab ingenti frigore, aut a multitudine sucorum in venis contentorum, aut ab eorum crassitie, aut lentitia. Si igitur sit ab humoris multitudine, per venæ sectionem euacuabitur. Crassi autem humores attenuentur, & lenti inciduntur, & fluxiles fiant. Vbi autem putredo ex vtraq; parte contingat, puta ex stipatione pororum & obstructione venarū, à sanguinis missione incipiēda est, causæ putredinis abscissio. Et multitudine deposita, ad crassorum attenuationem, & lentorum incisionem, & ad eorum quæ stipata sūt rarefactionem, nos conuertemus. ¶ Alias si obstructiones aperire vellis ante euacuationes, eas magis impinges, & multiplicabis. ¶ In quocunq; ergo die scopum mittendi sanguinem inueneris, nempe morbum magnum, & robur virtutis, quamuis dies vigesimus sit, eam fac: nisi cruditas in stomacho sit, aut succi crudi in primis venis concoquendi. Fiat autem in habentibus accessiones in declinatione. Neq; nocet quais hora noctis vel diei illud facere, dummodo febris declinationem respiciamus. * Alius cum postponitur venæ sectio, iubet venam non incidi in statu, quia fortassis debilitabit virtutem, & interficiet. Consulitq; vt tunc phlebotomia dimittatur, quantum possibile est. Si autem nō est possibile, multiplicationem numeri diei meliorem, multiplicatione quātitatis. ¶ Quia melius est, vt aliquid ex calore extraneo restet, quā quod calor naturalis qui ipsum debet extirpare, minuatur: & per phlebotomiam quantitate excedentem, impossibile est, putrefactionem non manere vsq; ad septimum. Propter quod necessarium est, vt supersit vir-

Acti. ter. 2. §. 1. c.
76.

Gal. II. met. c. 2.
col. 265. in fina

Gal. II. Met. c. 4.
col. 267. 268.

Gal. 8. met. c. 4.
col. 202.

Gal. curan. rat.
per sang. missio,
ca. 20. col. 112.

Ani. f. 1. 4. §. 2. c.
7. col. 5.

Auer. 7. col. c. 8
col. i.

tus sufficiens digestionis & concoctioni faciende. Si enim moderata sanguinis detractio esse debet tres heminae (quādo si quatuor euacuas noxam inferes) si duas tantum euacues, lesionem non facies. Licebit nanq; tibi illam vnā heminam vel clisteribus vel inedia ex haurire: quod si denuo euacuare velis, non vetaberis. v

v
Gale. ven. secti
a 1 versus er. fist
c. 10. col. 1068.

re sanguinem veluti proprium membrīs animētum, & agrū contentum esse modicis sorbitionibus. Et quia si causa febris putridae, esset sanguinis multitudo, facile esset tantum sanguinis euacuare, quantum in auctum est: verum quia ne q; obstructio neq; putredo possunt per sanguinis missionem cessare: (necessaria enim ad hoc sunt alia remedia) reponi debet sanguis ad curationis spatium, saltem ne intempestiue cogamur nutrire. x

x
Ga. H. mt. c. 14
col. 278. 279.

raptela humorum est. Quod enim corruptum est (vt naturae alienum) id se auferendum dicit. Vires etiam quia imbecilles sunt, indicant sui custodiā, quae duae indicationes sunt contrariae. Oportet ergo vbi indicationes sibi ita aduersantur, paulatim euacuare, quod vitiosum est, vt morbo satisfaciamus. Et paulatim etiam pro malo succo detracto, bonū succum per cibum reponere, vt satis faciamus etiā viribus.

y
Gel. 9. mt. c. 10.
in fine.

Quam euacuationem per epicrasim vocant greci. y Alius in febre sanguinis quando putredo fuerit maior quantitate sanguinis, purgationem dicit meliorem, si autem sanguinis quantitas maior sit putredine, meliorem esse sanguinis missionem. z Euacuatio autē non est aliqua sicut phlebotomia ex manu in quacūq; hora. Quod si dispositio sanguinis missionem non tollerāt ex manu, scinde venā quae est inter-

z
Auer. 7. col. c.
14. in fine.

a
Aul. f. 1. 4. t. 2. c.
45. col. 2.

b
Gel. 4. sum. tuē.
c. viij. in fine.

duo cornua frōtis, aut appone ventosas. a In ijs etiam qui sanguinis detractionem non sustinent, purgationem adhibe. b Et si febris fuerit cū fluxu ventris, nulla alia indigemus euacuatione. Et si quis spasmō laborans & febre putrida, ve

nã fectione indiget, nõ totum quod febris indicat, euacuetur: immo pro accidenti aliquid relinquatur. Cauenda etiã maxima caliditas, nam qui in ea immoderate euacuatur, in syncopim incidant. Et in frigida aeris constitutione, frigida accessiones nequeunt tollerari, si per venã fectione amplius infrigidentur. Et idem de regione, & consuetudine, ætate, corporis habitu. Nam molles quidem carne, & facile res solubiles, & crassi & macilenti euacuationes nõ sufferunt. Nequẽ si quis os ventriculi habeat afflictum, vel arecentibus cruditatibus, vel ab aliquo alio humore, quem euomerit, per cuius transitum fuerit anxius. Tunc enim nõ ad causam febris respiciendum, sed huic accidenti succurrendum. ^c Hos autem post exhibitionem aquæ calidæ aut olei fac vomere. Quod si non euomat, pedes & stomachum calefac, & irrita gulam digitis & pennis: quod si adhuc non euomãt, exibe oleum calidum optimum. Præter vomitum enim album emolliet. Quoadiu autem humores in ventriculo continentur, nõ astringere, neq; confortare licet. Sed tantum calefacere, donec humores sint euacuati, deinde ^d confortat. Quam confortationem quidam hoc casu (sub nomine tremoris cordis) in febribus à sanguine putrido facit cum sandalis, farina ordei, camphora, cinere fornacis fabrorum, cum succis arnoglosæ, & acetosæ. ^e Si vero à superfluis euacuationibus in syncopim incidant, veluti ex colera & alui profluoio, & ex vteri profluoio, aqua frigida eos aspergemus, & extrema ligabimus: quod si euacuationes ex superioribus sint, partes inferiores fortius & pluries ligentur, & si ex partibus inferioribus superiores. Quo casu vinũ etiã est propinadũ, nisi aliquod viscus phlegmonẽ patiat, aut caput sit affectũ, aut vehemẽter doleat. Si vero syncopis ex sudore multo sit, neq; pedes ligare, sed aerem cum pampinis, mirthis, & rosis, alterare conuenit, quod in ventris flux

^c
 Ga. i. ar. em. c. xliij
 col. 380.

^d
 Ga. i. ar. cu. c. xliij
 col. 384. 385.

^e
 Isaac. li. fr. part.
 5. c. 6. fo. 211.

F fluxionibus nocebit. Quo nanq; magis cutem densaueris, tanto magis syncopim ex talibus fluxionibus augebis. Et si in febre sanguinis dolor sit capitis, ex vaporibus calidis & sic cis, funde super caput oleū rosaceum mixtum cum aceto, & oleo defallicibus, & aqua rosacea. Si autem volumus extinctionem solam, aqua oleris benedicti & salicum, & rosarū & oleo rosato, & violato, & nenupharino vtendum. Et ad idem conferunt in forma linimenti salices triti recētes, & rasurā cucurbitæ, & farina ordeī, & aqua rosacea, cū sandalis albis, cum paucō aceto. ^g Et humecta nares cum oleo rosarum & nenupharino. Et ponātur pedes in aqua calida, in qua decoctæ fuerint rosæ, & violæ. Et si vigiliam cū hoc patiat, frons irrorāda cum aqua, in qua cocta fuerint cortices papaueris & semē lactucae, & ipsa lactuca, & violæ. ^h Et liga extremitates eorum & proprie coxas, & pedes. Et supponantur eis colliria, trahentia humorem ad inferiora. ⁱ Aut fiat caputpurgium cum oleo violato & nenupharino, cum lacte puellæ mixto. Et si cum dolore capitis sunt vigiliæ, superfluæ cum hoc etiam quod æger non quiescit: quod ob cerebri distemperiem calidam contingit, embroca caput cum decoctione camomillæ, violarum siccarum, & rosarum, ordeī, & papaueris, & semine lactucae. Et si ibi non est fortis febris, emulge super caput lac muliebre, si fuerit virtus debilis: si vero fortis, lac caprarum. Si autem caput plenum crassis & humidis vaporibus sit, tunc euapora cum decoctione camomillæ & cum eadē embroca. ^k Alius embrocam lactis reprobatur, dicēs. Et nocibilior embroca in plenitudine capitis, est emulsio lactis super caput: fortassis enim faciet accidere apostema & perditionem: nisi causa caput replens, sit vapor colericus, in quo casu iuuat. Secus si vapores humidi sint. Cognosces autē vapores colericos aut humidos esse, ex dispositione somni & vigiliæ, & humiditate

Gal. I. art. cur. c.
xij. c. 382. 383.
384.

g
Serap. trac. 6. c.
12. col. 2.

h
Isaac. li. f. par. 5
c. 6. col. 2.

i
Aui. f. 1. 4. t. 2. c.
24.

k
Serap. trac. 6. c.
12.

ditate aut siccitate narium. Cum ergo videris fomnum, aut eius profunditatem, aut humiditatem superiorum partium. Tūc caue embrocationem, & in vñtionem. Et stude in attrahēdo humorem ad inferiora. ¹ In febribus enim putridis cauendum ab vñtionibus & emplastris corpore pleno existenti, nisi in quibus nihil superfluum in corpore existit. Nā si superflua ad sunt, emplastra & perfusiones, superflua ad illas partes trahent, sicut vērōsa, siue plenum sit corpus quo ad vassa, siue quo ad vires: immō & phlegmonē faciunt accidere in principibus partib⁹. Et eadē ratione rejiciēda est cucurbita, corpore existēti pleno. ^m Si autē epithemata conueniant, fiant in acutis febribus ex aqua & succo rosarum recentium, cum sandalis, & camphora, & aqua coriandri, & endiuiz. Et cum infrigidas hepar, caue, ne infrigidatione vehementi in hora sudoris, fortasse enim sit causa in elongatione ægritudinis. Licet quandoq; sit saluior longitudo ægritudinis, quam acuitas eius. ⁿ Quod si in febribus putridis sit vigilia superflua, crura & brachia vincire oportet, hora qua solebat æger dormire, donec abūde fatigetur, & subito vincula soluantur. Quod si ad huc vigilet, vbi accessio remissa sit, frōs fomētetur decocto papaueris nigri. Aut malagmate factō, ex radice mādragoræ cum vino, & oleo rosaceo, aut sorbitionibus misceatur semen papaueris albi. Aut naribus offeratur cortex papaueris nigri torrefact⁹ & tritus. ^o Aut incurbet caput superuapores humectantes, sicuti super decoctione sisimbrij, meliloti, & papaueris, cum eisdem ablundo faciem. Aut detur in potu sirupus de papauere, aut loch eius. ^p Aut diacodion propinetur ad vesperā ante cenam, & enim in febribus putridis diacodion, nō solum in febrium vigore, sed ante vigorem. Et non solum semel, sed iterum, & antē manifestam cōditionem. Et in his qui ex hepatis, aut splenis, aut pulmonis affectibus laborāt,

¹
Auc. f. 1. 4. t. 2.
E. Io. col. 2. C. c.

74.

^m
Gal. II. met. c. 15
col. 280. 281

ⁿ
Auc. f. 1. 4. t. 2.
c. 10. col. 2.

^o
Pau. l. 2. c. 42.

^p
Auc. f. 1. 4. t. 2.
c. 20.

^q
Acti. tet. 2. f. I. c.
133. col. 287.

^r
Cor. cel. li. 2. de
me. c. 32.

^f
Pau. l. 2. c. 43.

^t
Auc. f. I. 4. t. 2.
c. 18.

^v
Ga. II. met. c. 10.
col. 273.

^x
Am. f. I. 4. t. 2. c.
7. col. I. C. 2.

^y
Gal. 8. met. c. 4.
col. 205.

acetum mulfum simplex est miscendum. In vigore vero februm mel rosaceum. ^q Prouocat etiam somnū lactuca, maximeq; æstiuā, cuius cauliculus lacte repletus est. Si vero in febribus putridis somnus sit superfluous, seu sopor, frons aqua & aceto tepidis atpergatur, & extrema valde ligentur. Nariibus vero ea quæ incidant admoneantur, & cibaria eandem facultatem obtineant. Et in febrium remissionibus cucurbitulæ dorso & spinæ affigantur: quod si ei non iuuent, sternutatio prouocetur. ^r Alius non ipsi dorso & spinæ cucurbitulas affigit, sed inter spatulas, & tponciles, quas in interpellatis iubet apponi in hora quietis, & in cōtinuis in hora teporis, & adhiberi colliriū acutum, & maxime si natura sit restricta. ^f Deposita ergo plenitudine in febribus putridis, ad obstructionem aperiendam est properandum. At quia vt plurimum contraria sunt, quæ requirit febris de infrigidatione, & quæ requirit causa de apertione, tunc vtetur ijs quæ sine calore aperire obstructionem valeāt. ^v Et si virtus est fortis, tunc absconde causam, & cibum. Si autem debilis sit, non licebit vti regimine causæ, immo infrigida & ciba cum rebus nō astringentibus, neq; resolutionem impediētibus: Nisi post coctionem humoris, & eius euacuationem. Et si rupus acetosus cum hoc quod infrigidat, causam etiam subtiliat, digerit & euacuat. ^x Et oximeli idem facit, non enim febres putridas accendit, & optime detergit, & glutinosa & crassa dissoluit, immo & meatus obstructos aperit. Prædicta tamen in pharmacorum genere concoquant, & digerunt, in alimentorum vere genere prisana, & mulla, & apomeli. ^y Mulla tamen quamuis crassos humores attenuet, & lentos incidat, & excretionē prouocet: & in sinochis in quibus pororum densitas & putredo febrem incitarunt, iuuat, quatenus calorem febrilem auget, noxia est. Propter quod si calor immodicus sit, parcendum mullæ, & ad prisanam con-

conuertendum . z Ordo autem medicinarum infrigidantium incipit ab aqua ordei, sequitur autem iulep: & est aqua rosarum & saccharum. Sed quia aqua rosea aliquantum desiccatur, miscetur ei aqua communis. Deinde est fortior in infrigidando, sirupus factus ex succis frigidis. Sicuti ex succo cucurbitæ, cucumeris, & melonum. Et fortius infrigidat succus ipsorum absque saccharo. ^a Ista autem fructuum aqua postponatur usque ad hebdomadam, & sic contentus aqua ordei. ^b Aliorum vero fructuum aqua ante septimum conceditur. Et sanguinis & colerae feruorem reprimat, & coleram cum facilitate educit. Quæ talis est R. prunorum numero. 40. scabellum, iunbarum, ana. 30. tamarindorum, & calsiæ fistulæ ana, vncias. iij. mānæ, vnc. j. ^c A corporibus enim quæ sic afficiuntur, expellere oportet, quæ putuerunt, siue per aluum, siue per urinam, siue per sudorem, siue per vomitum, si ad os ventriculi impetum faciant. Et cum maior portio eorum quæ has faciunt euacuationes, calida & sicca sint, & febrem augeant, eis utendum, quæ citra calefactionem, id facere valeant. Ut est cremor ptisanæ, aqua mulla, & oximeli, & apomeli, & radix apij in aqua decocta. ^d Aut euacua cum sirupo violato. Quamuis vtilius sit illud per clisteres fieri: quod proderit, apud euacuationem laboriosam, v^t forti euacuant non indigeamus. Post quod urinam prouoca, cum sirupo acetoso & radice apij. Et post urinæ prouocationem promoue sudorem, cum re non fortis caloris, sicut cum oleo camomelino, aut cum fricatione ex vino albo, aut cum aqua dulci tepida. Nisi febris fuerit acuta valde, tunc enim neutrum conceditur. ^e Si tamen signa coctionis præcesserunt, quauis febris acuta & ardentissima sit, magna cum fiducia eos lauabis. Et vntiones rarificiætes adhibebis, & vinum eis tribues. Immo si omnes vires valeant, frigidam audacter dabimus. Et si bono, & carnoso habitu sint præditi, in aqua frigidâ eos mittere licebit,

^a
Auer. 7. col. c. 9.
col. 3. inf.

^b
Auer. f. I. 4. t. 2.
c. 7. in princ.

^c
Mes. distict. 7.
col. I.

^d
Gal. II. met. c. 9.
col. 271.

^e
Auer. f. I. 4. t. 2. c.
7. col. 2.

Si cæli status calidus sit & siccus . Si vero mediocris est febris, & vires non validæ, & signa coctionis adsint, balneum cõfert: & vini potio. Et ex vñctionibus illæ quæ rarefaciunt, & magis si ambiens est frigidum. ^f Frigida tamen in primo casu virtute existenti forti, & præmissis signis coctionis nõ dabitur, si sit scirr9 aut inflãmatio. Si autẽ inflãmatio erisipelacea sit, audacter dabitur: nõ vehemẽtiã febris extinguet, & à periculo eos liberabit. Quod securus sit, quam cataplas matibus & vñctionibus, quibus medici vti solent. Prædicendo tamen quod feruor febris extinguetur, non ex toto, sed reliquæ quædam remanebunt, quæ in posterum in totum resoluuntur. ^g Quamuis enim tunc phlegmon addit, eligimus potius, febrem augere, quam in heciticam hominem trahere. ^h Aqua enim febris naturæ aduersissima est, corpus tum i refrigerans, tum humectans. Et ab ea si tempestiue detur, febres protinus extingui videntur. Cum ergo in febre constauerit virtus, tunc non solum non offendet, aquã tribuens, verum iuuabis abũde. Frigidæ autẽ tantũ detur quã tum æger inspirando haurire possit, ad febris enim extinctionem frigida affatim, & ad laborantis vsq; sacietatem bibatur. ⁱ Immo quamuis non præcesserit coctio in febribus sanguinis at siuis aquam frigidam quidam concedit, ne antequam humor cõcoquatur, æger arefiat. Si enim sinamus ipsum pati, vsq; ad signorum coctionis apparitionem, erit digestio ipsius mala. Erunt enim nigra, aut cõ nebula nigra, propter incendium: Quo tempore exhibitio frigidæ nihil valebit. Melius ergo est, nõ expectata coctione, frigidam dare, & conuertere febrem ad febrem lentam & longam, quæ curari possit, quam vt æger subito moriatur. ^k Quamuis in febribus putridis aqua frigida timenda sit. Hæc enim licet pro tũc iuuare videatur: propterea quod febrem extinguit: verum cum causam febris ageat, necesse est, aliam subse-

^f
Gal. 11. met. c. 9
col. 272.

^g
Tral. lib. 12. c. 2.
pag. 704.
^h
Gal. 10. met. c. 6.
col. 248.

ⁱ
Gal. 1. vici. r. ut. tx
43. col. 611.

^k
Aucr. 7. col. c. 8
col. 2

qui febrem, ea quæ præcessit difficiliorem. Corpus enim ex frigida dēfatur, ex quo crassos & lētos humores ineptos reddit, vt coquātur. Et præter id multas corporis partes offendit. Et quia fit causa additionis febris, p̄pterea est cōsiliū, vt bibatur calida in febribus. ^m Et cū administraueris canones prædictos, euacua non secundum semitā minorationis, sed abscissionis causæ. Primissa tamen humoris coctione, nisi humor sit furiosus. Alias enim, si malignum & vtile nō fuerint separata per coctionem, vtrūq; euacuabitur. ⁿ Et quia eo tempore quo humor coctus est, laudatur euacuatio facta à natura. Et virtus ex pulsua naturaliter non mouetur, ad superflua expellendum, nisi cocta sint: ars autē toto posse debet naturam imitari. ^o Qui enim laxatiuo medicamine vitur, dum humor crudus est, euacuabit quod subtile & tenue est, crasso remanente, vnde difficilima fiet eius maturatio, & morbus prolixior. ^p Debent etiam dilatari viæ, vt corpora fluida fiāt. ^q Alias laxatio erit difficilis: aut accidet cum ea torsio. Et si humores euacuandi sunt colerici aut tenues, non indigent alia præparatione. præter quam vias latas efficere. ^r Alius hoc repræhendit, dicens digestio quidē in crasso humore, est æquatio eius cum subtiliatione: & in subtili, est æquatio eius cum incrassatione. Intētio enim in digerendo, est, æquare substantiam humoris, vt ad expulsio nem idoneus fiat. Et subtile imbibitum inspissetur parum, & crassum subtilietur, & viscosum incidatur. Et si t̄gvis subtilis aquosus, aut colericus sit, iubet ipsum in crassari cū rob iuubarū, aut lentibus in aceto decoctis. ^s Alius hunc repræhendit, asserens humoris subtilitatem, & tenuitatem, ansam præbere vt citius, & aptius euacuetur. Quod p̄bat, quia nullum medicamen purgans, siue Phlegma siue inelancholiam eligens, aliquem istorum humorū euacuat, quin prius colerā euacuauerit: non ob aliud, nisi quia subtilior, humor

^l
Gale. 9. met. c. 5.
col. 222. 223.

^m
Auc. 13. 3. t. 5. c.
15.

ⁿ
Auc. f. 1. 4. t. 2.
c. 7. col. 4. c. 5.

^o
Auer. 7. col. c.
9. col. 4.

^p
Halia. 3. part. c.
10. col. 1.

^q
Hypo. aph. 2. 9.

^r
Gal. 1. quos. purg
con. c. 5. col. 138
c. ras. 12. conti.
c. 1. col. 3.

^s
Auc. f. 1. 4. t. 2. c.
7. col. 4.

*Auer. 7. col. c. 9.
col. 4.*

est. Quod si natura euacuationem persecessum absoluit: sicuti in crisiibus contingere solet, non est opus purgatione, cum autem mediocriter eam facit: quod deficit, iam medicus purgando, supplere debet. Neq; medicamina purgantia merito febris pertriguntur, cum calida & sicca sint, febris autem contraria omnino exposcat: nempe frigida & humida. Sed vt humores febrem efficientes, extirpētur. Ex quo maior vtilitas sequitur, quā noxa expharmaci calore: quod si febris vehementissima sit, cauenda est medicamenti purgatorij exhibitio: præcipue, cum ægrotantis natura nobis incognita fuerit. Alij nanq; difficulter purgari solent, alij copiose soluantur. Et si euacuatio modum excedit, omnium malorum peius est. Maxime si cum dolore, mortu, & tormine refrigeratione, & syncopi sit. Quod nullo modo impediens, sicuti imposito digito venæ incisæ, sanguinis fluxum impediens. Propter quod non minimum periculum est in morbo acuto, medicamine purgante vti. Immo securius est, per venæ sectionem euacuare. Nullum enim ex venæ sectione periculum, per purgationem vero maximum impedit. Si tamen febris remissa sit, & medicamen purgatorium exhibeas: indie purgationis parum cibi exhibendum: natura enim ex purgatione commota, & labefactata, multum cibum non tolerabit, neq; probe ipsum conficiet. Deinde paulatim ei bus augendus. Post humoris vero coctionem & euacuationem in febris putridis, balneum conueniens est, & vinum subtile dandi poterit. Omnes enim euacuationes porritat. Et sicuti in febris putridis balneum non conuenit, antequam putridi humores coquantur, & euacuetur: ita non conuenit, si aliqua inflammatio sit. Quod si balneum alias fiat, rigores prouocat, humores dissoluit, & multiplicat opilationes, & superflua per totum corpus spargit. Et non est tutum quin inde proueniant apostemata. Et quamuis euacuet, caliditatem

*G. li. quos. pur.
c. 5. col. 337. C
338.*

*Ga. venescti ad
ver. cras. c. 10. c.
1067.*

*G. 2. v. ff. rat. tx
II, col. 623. C.
apho. 1 24.*

*G. d. 2. v. ff. rat.
in ac. tex. 13. col.
625.*

*G. d. maras. c. x.
col. 179. II. met.
c. 9. col. 271.*

Gal. aph. 7. 43.

tatē & siccitatē multiplicat. ^c Tria enim sunt attendenda in balneo exhibendo. Quod qui balneatur, non horrescat. Et quod nullum primæ notæ viscus sit imbecillū. Et quod multitudo crudi humoris in primis venis non cōtineatur. Horror autem, aut febrem augebit, aut de nouo prouocabit. Visceris verò debilitas superflua ad partē debilem trahet. Copia verò crudorum humorum per totū corpus digeretur. Quod si vires valētes non sint, & febris fuerit magna, neq; signa cōctionis ad sint: iste seruari non poterit, quantum minus lauandus: erit enim remedia apud vulgus infamare. Valent etiam ad febres putridas antiquas & commixtas, trochisci diarrodo, decupatorio, & d' rosis de absinthio. Quod si in febribus sit dolor hepatis, ex opilatione ipsius: valent trochisci de rabarbaro. Quod si opilatio sit in splene, valent trochisci de lacca: maxime si ibi sit principiū hidropis. ^t Cōueniunt autem prædicti trochisci in declinatione febris, & magis, si febris alicui membro veluti stomacho adheret. Præmissis etiam signis cōctionis, & humorum euacuatione, licebit vnctionibus, & rarefactionibus vt: medicamento tepido, quale est camomila. ^h Et in declinatione & sine febris, possunt dari trochisci de camphora, & trochisci de spodio.

^c
Auer. 7. col. c. 10
col. I.

^d
Gal. II. met. c. 20
col. 287.

^e
Gal. II. met. c. 9.
col. 272.

^f
Ioa. mesue. distinctio. 8.

^g
Aui. f. 3. 4. t. 2. e
7. inf.

^h
Pau. l. 2. c. 18.

ⁱ
Aui. f. 3. 4. t. 2. e.
45. col. 3.

SCHOLIA.

PR I M V M, in febribus putridis, est communes superfluitates per leniētia medicamina educere: Siue necessario reperiātur, veluti quæ excoctione vētriculi: siue cōtingenter, veluti humores ad ipsum ex visceribus aut venis

ex

ex pulsi. Hæc enim quâuis non sint propria febris putridæ causa, nisi euacuentur, ad venas trahêtur: & citissime in causam propriam febris tranfibunt. Et præter hoc, quando proprius febris humor putret: cum totum corpus præter naturâ calefiat, necesse est, prædicta excrementa caleferi, & ex ipsis vapores aut fumos cor petere: & ipsum calefacere, & febrem augere. Vnde à principio omnia hæc superflua euacuare, expedit: vt virtute ex ipsis deagrauata, potētior fiat, ad febris causam superandam. Horum autem euacuatio ante venæ sectionem fieri debet, alias superflua quæ in stomacho & primis venis sūt, ad secundas venas trahūtur: nisi adsit magna sanguinis mittendi necessitas, tunc enim minori electo damno faciendum. Si vero necessitas hæc magna non sit, medicinam lenientem damus, & post sex horas venam incidimus. Quantitas autem sanguinis extrahendi, sit iuxta febris magnitudinem, & virtutis tenorem, & ex alijs coindicantibus. Et si corpus plus quam caput doleat, sanguis ex basilica extrahatur. Si vero caput plus doleat quam corpus, ex communi. Et si æqualiter doleant, & vitiū sanguinis sit magis inquantitate quam inqualitate, vena in brachio dextro scindatur. Si vero magis sit inqualitate fiat in sinistra: ad cor releuandum, anoxa exputredine illata. Ventris autem lenitio cum mâna fiat, aut calsia, quæ in aqua ordei, prunorum, endibiæ aut ciceris, aut in succo vel aqua fructuum dissoluantur, aut cum vnc. iij. aquæ sacchari, aut succi granatorum, & anisi parum. Quod si febris nimis acuta sit, per frigidiora medicamina leniendum. Sicuti cum vnc. iij. sirupi violati, addendo mucilaginis psyllij, aut seminis citoniorum. vnc. j. indecoctione violarum, aut prunorum. Aut cum mucilagine psyllij, cum succo granatorum. Ad idem valet in febribus colericis conferua violarum, ab vnc. j. & semis, vsque

q̄; ad duas, quæ dissoluatur in aqua ediuiz, aut ciceris. Quod
 si febris putrida, sit ex phlegmate, aut melancholia, ius galli
 veteris in quo sen, & epithimum ebullierint, ab vnc. vj. vsq;
 ad libram. i. Quod autem de aqua fructuum est dictum, non
 de aqua fructuum frigidorum horariorum: sicuti ex succo
 cucurbitæ, cucumeris, & melonis neq; de aqua fructuum a
 cetosorum, qualis est succus agrestæ, limonum, aratorū, gra
 natorum muzorum. Quæ fructuum aquæ nullatenus humo
 re existenti crudo conueniunt. Vt bene notat gētilis super
 Auic. f. i. 4. tract. 2. c. 7. Quia fructuum acetosorum aqua sua
 acetositate & stipticitate, causam febris infrigidat, & inspif
 fat: quamuis putredini opponatur. Aqua etiam fructuū ho
 rariorum quamuis sua frigiditate febrī opponatur, quia ta
 men multum habet de humido aqueo, ebullitioni & putre
 factioni parato, si ante humoris coctionem adhiberetur, co
 ctionem impediret. Sed intelligendum de aqua fructuum
 ventrem lenientium, & subducentium, qualis est prunorū,
 iuiubarum, sebesten, violarū, violas infine decoctionis po
 nentes. Quod si fortius lenire vellis, adde tamarindos. Si ta
 men magna sit extinctionis necessitas: minori damno ele
 cto, possumus prædictas aquas porrigere, & si ad lenitionem
 ventris prædictā clisteres sufficerent, securius fiet. Clisteres
 enim in parte ignobiliori recipiuntur, & minus & per min9
 tempus quam medicinæ ebibitæ alterāt: neq; vires deijciūt.
 Medicinæ vero ebibitæ & si benedictæ, in mēbro nobili &
 maximè sensibili recipiuntur: & gustum offendunt. Si ergo
 excrementa in intestinis crasis contineantur, sufficienter
 per clisteres euacuantur. Si vero in stomacho aut intestinis
 gracilibus, tunc medicina lenitiua est propinanda: cum clis
 teres ad tantam distantiam non ascēdant. Clisteres autem
 sint communis iuamēti, sicuti succi siclæ lib. semis, olei vio
 lati vnc. iij. sacchari rubri. vnc. j. cum vitello oui & sale. Aut

ex. vnc. viij. decoctionis ordei, maluarum, & siclae: & vnc. iij. olei communis, aut olei violati, si maiori indiges infrigidatione. Si vero maiori abstersione indigeas, addes. vnc. ij. mellis rosacei, aut violacei, si magnus sit calor. Aut fiat ex aqua mellis & oleo communi: si febris sit pauci caloris. In febribus vero incensivis & multi caloris: & maximè tempore æstatis, clisteres fiant ex succis infrigidantibus. Sicuti ex succo ordei, aut decoctione ordei & ovo integro, & oleo violarum aut nenupharis. Et loco salis saccharum ponendum, ut absq; mordicatione abstergat. Quod si nutire, & lenire vellimus, fiat ex brodio pullæ, & vitello cui, & oleo violato. Et si maius sit incendium, adde succos frigidiores: sicuti succum portulacæ, aut citruli, aut angurix, aut mucilaginem psilij. Quavis clisteres isti, ex succis inultum frigidis, verendi sint. Ventrem enim inflant, & magis verendi clisteres acuti. Et maxime in febribus acutis, sua enim caliditate febres augment. Cogimur tamen aliquando in febribus acutis, clisteribus acutis uti, ut accidentia earum cum diversione & attractione remittantur: aut collirij, sicuti in somno profundo: aut quando esset in intestinis, multitudo vaporum crasforum evaporantium ad caput. Aut quando humor non nisi per clisterem acutum est educibilis. Sicuti Galenus fecit, in duritie concaui hepatis, quæ ex apostemate hepatis remansit. 13. methodi cum decoctione coloquintidæ & cætauræ. Aut quædo esset in intestinis tâta obstructio, quod per lenes clisteres nõ posset educi: tunc clisteribus acutis utendû, ex decoctione polypodij, cartami, epithymi, turbit. Sirupi autè seu decoctiones quæ humorè febrili putridarû, digerere, & aperire debêt, nõ ante sanguinis missionem sumantur, venis enim plenis, si earum obstructions aperiamus, magis eas impingemus. Iuxta Gale. doctrinã. 8. metho. c. 4 & sic febrè & causam augebim9. Et ob eandè rationè multi, per venæ

lectio-

sectionem: multitudine euacuata, primo sirupos modice aperientes exhibent, deinde fecibus, & superfluis cōmunibus euacuatis, sirupos calidiores porrigunt, & magis digerētes. Primo enim sirupum acetosum simplicem, deinde, quādo venæ primæ cruditatibus carent, acetosum ex duabus radicibus exhibent. Trochiscis vero calidis aperientibus nō licet, in principio febriū purridarum digerere, quāuis sanguinis missio præcesserit, quia humores multū mouent, & in crassant. Si autē febris ab humore frigido sit, licebit vt trochiscis leuiter aperientibus, & in augmento. Post ventris vero lenitionem, antequam humor febrem efficiens coctus sit, Auicena f. 1. 4. t. 2. c. 7. permittit vrinam & sudorem posse prouocari: dūmodo leuibus medicamentis id fiat, neq; proprium febris humorem respicientibus. Quod post ventris lenitionē fieri iubet. Ne vrinā aut sudorē prouocantia, (quāuis facilia essent) quæ in ventriculo & primis venis continentur, ad distantiores venas propellant. Et identidem in febribus putridis vomitū prouocare, ante proprii humoris coctionē pmittit: si natura ipsū tētauerit, cū re leui: natura vero ipsū nō tētanti, neq; leui prouocati licebit ipsū prouocare, nisi ratione doloris stomachi aut capitis percōnsensum stomachi fiat. Qui quidē vomitus ante venesectionē, siue post, siue ante vrinæ vel sudoris prouocationem, siue post, fieri potest. Et maiori diligentia prouocabitur, si humor ad stomachū impetū fecerit, cum aqua saccharata, aut cū sirupo acetoso & aqua repida, in febribus colericis, in phlegmaticis vero cū oximelli. Et sūpto vomitiuo, quiescat parū: dīnde euomat, digito vel pēna ori intrōmissa. Nulla autē ex prædictis euacuationibus, quæ in principio fieri pmittūtur, ad causā propriā febris putridæ respectū habeat: ppter quod, ante humoris coctionē pmittūtur: leuibusq; medicamentis sūt, humores ppios nō eligētibus: quāuis cōtingat, febris humorē proprium adeo esse euacuationi paratū, vt plurimum illius euacuetur

Ob id quod contingenter reperiatur. Post propriam huius moris febrium putridarum coctionem, ad eius minorationem, & abscisionem veniendum est. Et si acuta sit febris sic fiat R. prunorum, tamarindorum, iubarum, violarum, fiorum nenupharis, ana. drach. j. & semis: decoquantur in vnc. x. aquæ endiuiz, donec mediætas sit consumpta & in colatura dissolue mānæ, pulpe cassiæ, ana. vnc. j. rabarbari electi. drach. ij. & secūdu vires & humoris euacuandi quantitatem ita addere aut demere oportet. Sūt etiam qui pro febribus acutis medicinis lenitiuis, electuarium de succo rosarū, aut dia prunis laxatiuum adiungunt. A tribus. drach. vsq; ad 4. pro remissis vero febribus loco succi rosarum, aut diaprunis laxatiui, rabarbarum subrogant à drach. duabus vsq; ad tres, quibus ego nullatenus assentio: Si enim vt colligitur ex Galeno lib. quos & quibus medica. purga. c. 5. colu. 317. & 328 Quando febris vehementissima est, cauenda est medicamento purgantis exhibitio: quod confirmat. 2. de victus ratione in acut. tex. 11. colu. 623. & apho. 1. apho. 24. dicens nō minimum periculum esse in morbo acuto, purganti medicamento vti, securius q̄ esse per venæ sectionem euacuare. Mitiori igitur medicamento vtendum in acutioribus febribus aut nullo. In phlegmaticis vero febribus minoratio sic fiat. k. radicū apii, femiculi squinanti, calami aromatici, ana. drach. i. decoquantur in aqua sufficienti. Et in colatura dissolue pulpe cassiæ vnc. j. turbit. drach. j. zinziberis. drach. semis. Et securius purgabitur, si loco turbit ponatur agarici. drach. ij. aut electuariū indum aut electroph. à drach. iij. vsq; ad 4. aut electuarium diaphœnicon, dosim eius augendo. Quod si humor mixtus sit, prædictis adde rabarbarum, à drach. j. vsq; ad duas. Iuxta humoris mixti quantitatem, & virium robur, & in decoctione adde pruna, aut violas. Si vero febris melancholica sit, fiat decoctio ex fen. & epi-

thymo, in qua dissoluantur confectionis medicaminis am
 hæc aut electuari indi. drach. iij. coctione autè humoris præ
 missa, eiusdemque euacuatione, licebit urinam prouocare.
 Diuretico propriam febris causam respicienti. Semper ale
 niori incipientes, & ipsam augentes, si integra præcessit co
 ctio. Et medicinæ quæ urinam prouocant in febribus putri
 dis: vt inquit Auerrous. 7. colliget. c. 9. colu. 3. generant ali
 quando angustiam, & distemperant stomachum & hepar:
 Oportet ergo aliquid miscere, quod principalia mēbra cō
 fortet, sicuti massicem: & hæc urinam prouocant iuxta
 humoris speciem, vires, & temperaturam, & tempus, sunt
 facienda cum sirupo acetoso de radibus, aut earundem ra
 dicum decoctionibus, aut seminum calidorum: veluti à ni
 si, fœniculi, apij, petrosilini, cuscute, ameos, cimini. Aut cum
 decoctione capilorum veneris, calamenti, præsij, eupatorij.
 Et post urinae prouocationem sudor prouocabitur. Tum
 quia facilius prouocatur vrina quam sudor, & minori cale
 factiuo. Urinam enim prouocans, & si calidū sit, superflua p
 ampliores meatus propellit ad renes. Iuuantibus etiam ad
 hoc renibus, per virtutem attractiuam sibi à natura inditā.
 Sudorem vero prouocans, humores subtiliat, ad subtiliorē
 substantiam (vaporosam scilicet,) & per angustiores mea
 tus expellit, per poros scilicet: membris ad hoc non iuuantibus.
 Sudor autem prouocabitur cum aqua ordei mediocri
 ter calida, & pauco vino subtili: maximè si supra hoc dor
 miat. Alia autem intentio, quæ in febribus putridis, ad febrē
 extinguendam, magis quam ad causam dirigitur, per sirupū
 violatum exequitur, & de endiuia, & depapauere: aut per
 hoc apozima. R. endiuia, lactucæ, hepaticæ, scarolæ, portu
 lacæ, ana manip. j. seminum communium frigidorum, semi
 nis psilij, & papaueris ana. vnc. j, decoquantur cum pruni
 nis, & tamarindis: & cum saccharo fiat apozima. Extingui

tur etiã febris cum succo granatorum, & cū succo psilij. Semen vero psilij, vna nocte aqua calida infundatur, & mane coletur. Et cum saccharo bibatur. Sitim enim & ardorẽ extinguunt, ventrem lenit. Aut sumat duabus horis ante cenã. vnc. ij. sirupi papaueris. Extinguitur etiã febris clisteribꝯ ex succo melonum indorum, cucurbitæ, cucumeris, & portulacæ: & cum oleo rosaceo & modico camphoræ. Apponantur etiã infrigidantia capiti, hepati, stomacho, testiculis. Et hepar hoc epithemate alterandum R. aquæ rosacæ, nenupharis, lactucæ, acetosæ, & endiuivæ ana. vnc. ij. aceti. vñ. ij. spodij. drach. j. camphoræ g. ij. sandalorum omnium ana. drach. j. super stomachum vero ponatur farina ordei, & puluis rosarum cum rasura cucurbitæ. Aut sandalali cū succo solatri, portulacæ. Et pro capite refrigerando, odoret ampullam aquæ rosacæ: in qua sint pulueres sandalorum, rosarum, violarum, & parũ camphoræ. Cor vero hoc epithemate alteretur. Aquæ endibivæ, lactucæ, solatri, buglosæ, acetosæ, & rosarum ana. vnc. iij. aquæ acetosivæ citri verberorum. vnc. ij. sandalorum omnium ana. drach. j. corallorum rubeorum drach. ij. camphoræ g. iij. croci. serop. semis verenda tamen epithemata & vnctiones, & sacculi, qui cordi et hepati solent apponi. Et maxime sunt verenda in principio februm putridarum, vt notat Sauonarola, tract. de febris. c. 8. rub. j. folio. 20. humorem enim putrentem prohibent ab euaporatione, ipsũ coarctando, & inspissando. Deposita vero plenitudine, coarctatio humoris non timebitur, & prædictis vti licebit. Neq; frigida apponantur, sed tepida. Eorum enim actuali frigiditate poros claudunt, & calorem augent. Et in tempore æstiuo epithematibus. Tempore vero hiuerno sacculis magis, aut vnctionibus vtendum. Licebit etiã in februm putridarum declinatione, trochiscis infrigidantibus, & aqualiter desiccantibus distemperiem

periem calidam ex febre & ex digerentibus, & euacuantibus derelictam; membrisque compressam remouere. Membris enim ex his debilitata confortant, & residuū humoris putridi exsiccant. Ante coctionem vero si in frigidare conueniat, sit cum humiditate habentibus, nisi ad putrefactionem respectum habeamus: tunc enim frigida & sicca esse debent. Quibus alia sequitur intentio exequenda, in febriliū putridarum medela, quæ putredinem remouet. Sicuti cum succo granatorum acetosorum & mazorum, & cum acetositate citri, & aceto, sandalis, rosis, & camphora. Quauis etiam sint quedam calida, quæ putredinem rescant sicuti cinamomum, cortex citri, xiloaleos, stachados, capillus veneris. An tamen coctio humorum febres putridas efficiunt, in crassando, vel subtiliando procedat, digladiantur doctores. Quidam semper in crassando procedere dicentes. Iuxta Aristotelis sententiã. 4. metheororū dicentis. Cōcoctio est à calido superati, in oppositis passiuis facta pfectio. Toto igitur tēpore quo calor naturalis in opposita agit passiuaneccesse est, vt resoluat, ac in crasset: quod ex humido superfluū est, cōsumēdo. Humidū vero non superfluū cū sicco bene pmiscēdo. Quod ex Gal. cōfirmatur. 4. de vict. ratio in acut, ex. 4. vbi coctionē omnia in crassare, ac cogere affirmat. Alij autē subtiliādo procedere dicūt: tum iniuatiuo, cū chylus subtilior sit cibus, & spiritus subtilior sanguine. Tū etiā in nō iuatiuo: huius enim coctio, attenuatio & incisio est. Quo nāq; subtilis redditur, tātō facilis expelleretur. Ego tñ credo, de essentia coctionis solū esse, rē digerendā à calore naturali superari: in crassare autē, aut attenuare, coctioni cōtingēs, & accidētale est: hāc enim victoriā aliquādo calor naturalis adipiscitur, subtiliādo: veluti quādo ex sanguine spiritus fit, a liquādo in crassādo, vt quādo ex sanguine secūdæ sūt humiditates, & ex secūdis humiditatibus mēbra: & ex medullis ossa.

Quod

membra: & ex medullis ossa. Quod in fructuū cōsione clarius videtur. In fructibus enim in quibus humidum aqueum & acieum, per siccum terreum perficitur (sicuti in amigdalibus, auellanis) incrassando procedit. In fructibus vero in quibus siccum terreum perficitur per humidum aqueum (veluti in vbis, piris, ficibus) subtiliando. A principio enim duri & ficci sunt: & nisi pro eis concoquēdis, natura humidum aqueum attraheret, vt cū sicco terreo bene permisceretur, nunquam coquerentur. An vero cōctio in febribus putridis debeat causæ antecedenti, an coniunctæ, an vtrique. Et an concoquentia eadem esse debeant, dicendum vtriusque causæ concoquentia competere: causæ enim coniunctæ, respectu humoris actu putrentis, conuenit preparatio, vt citius expellatur, & accessio breuior fiat. Causæ vero antecedenti & quæ putrefieri parata est, conuenit incisio & attenuatio, & suæ instimulantis qualitatis correctio, ne ad putredinē moueatur. Propter quod concoctio causæ antecedenti principalius debetur. Immo coniuncta & quæ actu putret, plerunq; indiget contrario eius, quo causa antecedens: alteratione inquam ad frigidum. Quæ causæ antecedenti non competeret. Ex quo sequitur, digestiua tempore quietis febrium interpellatam, magis calida esse debere, quā accessionis tempore. In febre enim interpellata ex colera, sirupum acetosum simplicem, tempore accessionis concedimus: tempore vero quietis, sirupum acetosum compositum. In febre etiam interpellata ex phlegmate, die accessionis, sirupum acetosum compositum: & tempore quietis, oximel, compositum.

DE FEBRIBVS COLERICIS TRACTATVS SEPTIMVS DE CAV

sis caufi, seu febris ardentis & eius fignis. Caput. I.

CAVSVS est febris ardentiffima continua ex bile putrefacta: quæ neq; medicis, neq; ægris bonum ordinẽ finit, lingua arida est, nigra, & aspera. In ventre morfus fitis intollerabilis, vigiliæ, & aliquando delirium. ^a Neq; so'um in lingua siccitas est, verũ in faucibus: ita vt præficcitate æger loqui non possit, nisi prius fauces humectentur. ^b Et propter eandem siccitatem, tum in faringa, tum in trachea arteria, voces fiũt clãgoſæ. ^c Ex quibus seuis symptomatibus visum fuit cuidam, impossibile esse a colera naturali procedere. ^d Ex eisdem q; seuis accidentibus, ex linguæ siccitate, & assiduitate fitis, & calore exurenti cognoscenda est febris ardens: sicuti frenitis ex perpetuo delirio. Et dicta duo symptomata semper morbum ipsũ debẽt comitari. Adeo vt, si daretur alia febris hac calidior, & quæ corp; magis resolveret, & per deiectiones colliquaret, nõ diceretur ardens: si vnum ex dictis symptomatibus deficeret. ^e Solet contingere, quando in vassorum capedinib; bilis flaua vna cum sanguine continetur: præcipue quando efferuescit in venis ventriculi, iecinoris, aut pulmonis. ^f Non enim potest colera causum siue febrem ardentem causare, nisi circa ventericulu putreat: & præcipue os eius, & circa iecoris partes, & præcipue simas. ^g Et magna ex parte contingit ex iecoris, ventriculi, aut pulmonis inflammationibus: & præcipuæ ex illis quas erysipelatodes vocant. Eodem modo quo ex

Y bilis

^a Act. tet. 2. f. l. c. 78.

^b Gal. 7. vsu. par. c. xliij. inf.

^c Gal. 7. vsu. par. c. vij. col. 594.

^d Auer. 7. col. c. 12. in princ.

^e Gal. 3. mor. vul. com. 3. tx. 34. col. 552.

^f Gale. I. mor. vul. cõ. 2. tx. 20. col. 431.

^g Gale. I. mor. vul. com. I. tx. 9. col.

413.

h
Gal. 8. locis. af. c.
6. col. 123.

bilis putrefactione, in venis contingere solet. Sed primæ ardentiores febres sunt, cum ex eis ad tabem fiat transmutatio. ^h Febrium ardentium quædam sunt germanæ, seu legitimæ, quæ à bile fiunt, & contingunt tempore æstiuo, nõ flante aquilone, & natura biliosis. Spuriæ vero tempore nõ æstiuo contingunt, neq; biliosam temperaturam habentibus. Causus enim verus siue vera febris ardens fit, cū vrës caliditas, ac sitis incompefcibilis viget. Si vero nõ hæc duo, sed vnū tantū ad sit nothus aut spurius est. Ad eū modū quo tertianæ spurias, & nothas appellamus. Purg ac legitimus causus cū ab humore subtili & feruido fit, citissimas habet excretiones, spurius vero cum à phlegmate falso fiat, oberassam pituite substantiam: neq; in eo caliditas est adeo feruens, neq; sitis adeo intollerabilis, & tarde fiunt excretiones. ⁱ Denique exquisita febris ardens siue causus est, vbi sitis est vehemens, deiectiones biliotæ, lingua scabra & nigricans. Non exquisita vero in qua sitis adeo non adeo vehemens, neq; lingua nigricans, neq; excrementum excernitur biliotum, neq; à maritudo est ingustu. Immo potius gustus est ex falso & pituitoso humore. Et hæc periculosior est quam ardens exquisita & legitima. ^k Sicuti quæ in hieme contingit: arguit enim maiorem causam. Et propter eandem rationē quauis senibus raro accidat, quando eis accidit, pereunt: quia non nisi ex causa valde forti sunt. ^l Nisi enim humor esset copiosior, non contingeret in complexione frigida sicut senis, neq; in aere frigido sicut hiemi. Vnde arguit causæ violentiam: & in super ratione obstructionis pororum ex acre adeo frigido, difficiliter curabitur. ^m Tempore vero æstiuo venæ exsiccant, à circum iacentibus partibus humiditatem trahunt pro sui humectatione, quæ cum aeris & potentia desiccans sit, corpus ex ea incenditur, siti non extincta. Veluti si quis sitiens, vinum bibat aqua marino limpha-

i
Gal. 4. vict. ras.
ex. 13. col. 691. et
ex. 1. col. 685.

k
Tral. lib. 12. c. 3.
pag. 705. 706.

l
Gal. ph. 2. 34. et
au. f. 1. 4. 1. 2. c.
40.

m
Raf. 30. cõt. tra.
6. c. 1. m. princ.

phatum, siticulosior enim euadit. * Unde in canis ortu febres ardentes vigere solent, cum corpus tunc multum calescat. Et in ijs qui sepius exercitarunt, aut magnam solitudinem habuerunt, aut magis vsi sunt cibis bilem generantibus. * Per accidens tamen contingere solent, non ex temporis constitutione, sed ex euacuatione prohibita: quando nimis biliosa euacuari solita, ab insequenti gelu, per poros distillationem prohibenti, retinentur. Quae diu retenta delitescunt, & putrescunt. * Qua ratione febres ardentes in frigidissimis regionibus fiunt. Frigus enim regionis, & temporis, caliditatem intus repercutit, qua intus fortificata, febris redditur fortissima. * Talis enim febris ardens seu caustus lethalis est, praecipua membra & interiora extorrens, exteriora vero & superficiem nec mediocriter quidem calefaciens. Propter pororum enim obstructionem, intus retinetur, quod ex putrefactione effluere deberet. * Quod quaequidmodum ex calore naturali vaporosum est & suauis, ita ex calore febrili acre insuavis & corrodens. Febris ardens exquisita eadem signa & inditia habet, quae tertiana exquisita: eiusdem enim humoris sunt. Excepto quod neque cum rigore accedit, neque desinit ad quietem. Neque ex hoc putandum, toto genere differre, sicuti neque ob id quod cognoscentes tres sinochi differentias, proprium singulis ipsarum nomen imponentes, puta incrementum, decrementum, & eundem tenorem seruantes, ex hac appellationum diuersitate, differre sit existimandum. * A continenti vero putrida differt. Quia continens putrida a sanguine putrefacto procedit, febris vero ardens ex flaua bile inceditur: differunt etiam, quia continens ab initio vsque ad finem vnam habet exacerbationem, febris autem ardens alternis diebus: & habet quandam remissionem. Durat autem incrementum hoc, a septem horis vsque ad duo-

Hipp. & Gal. 4.
viss. ratio.
tx I. col. 685.

o
Gale. I. mor. vul.
com. 2. tx. 7. co.
428 tx. 20. col.
431.

p
Gal. I. mor. vul.
co 2. tx. 15. col.
430.

q
Aristo. I. 4. pro
prob. 3.

r
Gal. I. pror. co. I
tx. 7. col. 629.

s
Gal. aph. II. 4.

t
Gal. 2. cris. c. vi.
col. 521.

v
Acti. tet. 2. f. 1. c.
77.

*
 Ref 30. con. tr.
 6. c. 2.
 *
 decim. * Significabunt etiam febrem ardentem acciden-
 tiū vehementia, ex asperitate, citrinitate, nigredine lingue,
 & vehementia sitis. Nisi tussis accidat aliqua: tunc enim nō
 adeo sitiunt, humectatur enim pulmo ex eo quod currit ad
 ipsum per tussim: quod si absq; prædicta tussi nō sistant, pes-
 simum erit signum, significabit enim virtutem sensitiuam
 extinctam, cum adeo immutantia sensibilia nō sentiant. Et
 caliditas nō est fortis in exterioribus, sicuti in interioribus.
 Et si à colera sit, vehementiora fient accidentia, ex vigilijs,
 inquietudine, adustione, & mētis permistione, & fluxu san-
 guinis nariū, & dolore capitis, & pulsatione temporum, &
 profundatione oculorum, solutione vētris cum colera præ-
 sina. Et quando accidit infantibus, abhorrent mamillam,
 & non recipiunt eam: & illud quod lugitur de lacte, corrup-
 pitur. ^y Est etiam in febre ardenti respiratio maxima, cæler-
 rima, densissima, & pulsus maximi, cælerissimi, dēfissimi. ^a Ar-
 denti etiam febri quæ germana & vera est, est propriū, per
 sanguinis eruptionem iudicari. Immo quibus sanguis è nari-
 bus largiter fluxit, euassere, quibus vero parum. (ut sileno
 & philisco centigit) mortui sunt. Quauis alij per ventrē
 & vrinam naturaliter euacuati, euasserunt. ^b Cum enim in
 febre ardenti legitima & propria, calor ad caput prorumpat,
 sanguinis sunt pro fluxia, & deliria. Propter incendiū
 enim: sitim, vigilias, molestiam, & conturbationem mentis
 patiuntur: ideo cæleriter iudicatur. Reliqua vero non ger-
 mana vt mediocriter acuta, mediocria symptomata habēs,
 per repetitionē iudicatur. ^d Vnde causus vetus & legitima
 febris ardens intra septimum diem necessario finietur. Et
 quæmadmodum febres quæ molliores sunt, & submersæ,
 per abscessus, ita febres ardentes per excretionem iudican-
 tur. ^f Licet quæ spuria & a phlegmate falso sunt, aliquan-
 do

^y
 Auc. f. 3. 4. t. 2.
 c. 41. Gale. 1
 mor. vul. com. 1
 tx. 29. c. 420.

^a
 Gal. de vril. resp.
 c. 4. col. 860.

^b
 Hip Gal. 1. mor.
 vul. cō. 2. tx. 63.

^c
 Gale. 1. mor. vul.
 com. 2. tx. 17.

^d
 Gale. 1. mor. vul.
 com. 2. tx. 18.

^e
 Gale. 2. cris. c. vi
 col. 521.

^f
 Gal. 1. ar. cu. c. 14.
 col. 388.

do etiam per sanguinem enaribus iudicentur: quannis sæpius abscessus. Si enim humor in venis pulmonis putreat, & ibi præcipue contineatur, per cōsensum pulmonis caput incalēscit, & sanguine repletur, & effūditur, quod ex eo redundat, ad apertis venis. Si autem humores putrentes in hepate magis contineantur, & intestino ieiuno, ad inferiores partes per abscessus terminantur. ^g Proprium est etiam febrium ardentium symptoma, fastidiū vigilia: sopor nanq; rarissime febres ardētes cōmitatur, nisi caput humiditatib; plenum sit. Sunt etiam in eis excrementa biliosa, cum sinte, seu colliquatione: ^g Quannis Hæc duo non solum ardētibus conueniant, immo in multis alijs febribus, quæ ardentes non sunt: excrementa sunt biliosa, & colliquationes fiūt. Attamen modice sitiunt, & calorem febrium ferunt. Vnde febris ardens non imprimis est cognoscenda ab excrementis, sed ex in faciabili siti, & ex intollerabili calore. ^h Quin immo in febre ardenti aliquando excrementa cruda deijciuntur. ^h Non tamē in ea fit horripilatio, neq; rigor, neq; sudor: nisi cum febris sit euasio. ⁱ Si enim rigor indic critica accidat, & signis cōstionis comitantibus, signum erit bonū. ⁱ Cōstiones enim celeritatem iudicij, & salutis securitatem portant. In sexto vero die rigores prauum iudicium aut longum morbum. ^k Quod si rigor in initio morbi contingat & maxime in secundo: cum quo guttæ sanguinis, & singultus, & dolor inuisceribus contingunt; magnum nuntiant timorem. ^l In principio enim rigere, signum est malignitatis humoris, magis quam decretorium. Signa enim decretoria non oportet statim elucescere. Et similiter erit lethale, in principio sudare in fronte & clauiculis. Similiter vigilare, angustiam pati, delirare, & supra modum timere, significant enim cerebri læsionem, & acrem & adustam bilem. ^m Erit etiam signum lethale si extrema frigeāt, & vrinæ nigræ pau-

^g Gal. 4. r. 8. viii.
ix. 17. col. 692.

^h Gale. 3. mor. vul.
co. 3. tx. 34. Hip.
Gal. tx. 40.

ⁱ Ras. 10. alm. c. 5.
in prin.

^k Gal. aph. 4. 29.

^l Isaac. 3. pract. c.
25.

^m Hip. Gal. 1. mor.
vul. cō. 2. tx. 75

Hip. Gal. I. pro-
recti. com. 2. tex.
49.

Gal. apho. 4. 57

Hip. Gal. aph. 6.
26.

Gal. aph. 4. 58.

Hip. & Gal. I.
mor. vl. cō. 2. tx.
55. col. 442.

Hip. Gal. I. mor.
vl. cō. 2. tx. 75.

cx, & subijles sint, & si venter aquosa deijcit. In febribus etiam ardentibus conuulsiones, lethale signum: non enim contingunt, nisi ex siccitate. Et tremores in febribus ardentibus delirio soluuntur. Translata enim causa, quæ febrem ardentem facit ad neruos, tremorem causat, & compatiens ti cerebro, delirium sequitur. Impropriæ tamen dictum videtur, tremorem delirio solui: cum alius affectus gignatur. Soluuntur etiam febres ardentes, sudore post rigorem venienti, aut per biliosa excrementa, aut per vomitum. Et in ijs febribus quando caput dolet, & oculi cecuciunt, & splendor obuertatur, & est contentio in dextro, aut sinistro hypocondrio (& hoc sine dolore & inflammatione) sanguis enatus est spectandus. Cuius quidem causa est, quia contentio hypocondry sine dolore & inflammatione, impetum significat sanguinis in caput. Quando vero caput sanguinem sui dolore atrahit, iecore impelleate, contentio sic & iuste sanguinis profluuium spectabimus. Et sicut sanguinis profluuium in febribus ardentibus familiarissimum est: ita sanguinis stilla enaribus, perniciosissimum est signum.

SCHOLIA.

SOLVS Auerrois impossibile esse affirmat, causum seu ardentem febrem à colera naturali procedere: septimo enim colliget. c. 12. hæc verba profert. Hæc febris est intensi caloris, & feurorum accidentium, & dicitur incensiva. Et impossibile est, quod ex colera naturali generetur. Cuius contrarius est Michael Sauonarola, tractatu de febribus colericis. c. 13. vbi causum diffiniens dicit. Causus est febris continua, proportionalis, à colera naturali, aut à phlegma-

mate falso in venis putrefactis, & præcipue in venis cordi proximis: cum vehementia accidentium. Eandem Sauroharolæ sententiã tener Nicolus tra. 2. ser. 2. sum. 4. distinctio. 3. c. 10. dicens, verum causum à colera naturali procedere: colera enim præsina, aut eruginosa non aggregatur in locis vbi febris ardens contingit, quin prius mortem efficiat: si vero contingat coleram citrinam, aut vitellinam in dictis partibus multiplicari, febris ardens spuria causabitur: Cum neutra istarum adeo calida sit, sicut naturalis. Vera tamen & legitima febris ardens, non videtur ab alia colera posse causari, quam naturali. Ipsa enim in locis cordi vicinis reperitur, & est maioris incendij, quam reliquæ præter naturales, quæ in dictis locis reperiri possent. Et quanuis de tertio in tertium exacerbationem faciat, vt coleræ seruet proprium periodum, & proprietatem: ista exacerbatio non est manifesta, quia tanta est in ea inflammatio, & caloris intensio, antequam exacerbatio contingat, vt pauca possit fieri additio, aut in sensibilis fiat: in quo manifeste differt à tertiana continua. Quanuis Lupeius in hoc, Auicenam male mordeat, leui satis ductus ratione. Quanuis enim à colera continue in venis putrefacta, tertiana continua fiat, sicuti febris ardens, in ea exacerbatio est manifesta, quia multo remissioris caloris est, antequam exacerbatio contingat. Additio vero caloris in febre ardenti fere est insensibilis: adeo vt conciliator differencia. 175. accessiones siue exacerbationes in ea negare videatur. Et vt saluet rasiū. 10. Almanso dicentē febrē ardentē altero die valentior ē fieri, dicit rasiū à tertiana cōtinua intelligi debere quæ opiniopote est bene p Gal fundari, qui. 2. à dif. febrū, dicit febrē ardētē in tres diuidi species, sicuti febris sãguinis: ac masticã p ac masticã, homotonã: vnde aut intēdēdo calorē pcedit, aut di miuēdo, aut eūdē tenorē seruando, sicuti febres conclusæ non

non proportionales: non autem modo ad intēſionem, modo ad remiſſionem ſe conuertendo, ſicuti cōtinuæ proportionales. Si qua vero ex acerbatio in febre ardenti ſit, eam diebus imparibus contingere eſt neceſſarium: cum neceſſario debeat contingere, die quo colera moueri ſolet: in quo neceſſario magis effumat, & maiora ſymptomata facit. Et in hoc aſſentimur Iuſeio. l. 3. ſui in chiridij. c. 1. iuſte repræhēdenti fuſum.

DE CVRA CAVSI SEV FEBRIS ARDENTIS.

Caput. II.

DECVBITVS ſit in locis ſigidis, qui ad flatum & lacrem purum pateant, lectus mollis, amicula non ſordida, ſæpius renouata & tenuia, lectus amplus, cibi humidifſimi, nullatenus acres: vt lactuca, cucurbita cum poſca. Bibatur ſuccus roſarum, quia ſtomachum refrigerat. Hæc autē inſtrigiantia in vigore exacerbationis exhibeantur. ^a Alius ſola potione iubet eſſe alendos, ſicuti aqua mulſa multæ pmixtionis aquæ. ^b Maxime ſi in quarto die criſis expectatur. Tunc enim alius negetur cibus, ſi complexio patientis frigida ſit. Si vero calida ſirupus violatus, aut ſuccus malorum granatorum. Quod ſi hæc non ſufficiant, detur ptifana colata. Quod ſi ſeptimō die criſis ſperatur, à primo die vſq; ad quintum, danda eſt ptifana colata: in ſexto vero & ſeptimo deneganda, & ſoli ſirupi dandi. ^c Ptifana enim febre ardenti in omnibus opponitur: non modo refrigerans & humectans, per humiditatem aduentitiam, quam ab aqua ſumit: inmo magis hūmectabit quam aqua. Humiditas enim aquæ

^a Acti. tet. 2. ſ. 1. c.

78. col. 253

^b

Paul. 1. 2. c. 30

^c

Iſaac. 3. præc. c.

25. col. 2.

aquæ fluida est, & pituitæ humiditas permanet: propter eius visciditatem. Et cum hoc putridos humores abstergit, & semiputres concoquens, in bonum succum transmutat, sitim etiam sedat. ^d Alius stultitiam reputat a cibo abstinere, & à principio non uti refrigerantibus: imò à principio iubet, calorem extinguere, & cibum non multum subtiliare. Dicit quæ ambas probasse vias, & hanc reperisse securiorem. Alias cerebrum affatur, & stomachus ex cibi penuria spasmat, ex intensissimo febris calore: ita ut oculus & mandibula dissoluantur. Unde iubet aquam frigidam non prohiberi, neque fructus frigidos & humidos: sicuti succum citrulorum, & cucumeris sarracenicis. ^e Et omni hora, & præcipue quando timetur casus virtutis: tunc enim necessarium est cibare, quævis non appetant, multoties enim aduenit eis bolissimus, propter sensus priuationem. ^f Quo casu si syncopis contingat, dabitur vinum austerum calorem euidentem habens. ^g Cura ergo in febribus ardentibus est, sanguinem usque ad animum deliquium euacuare. Totus enim habitus refrigeratur, & febris extinguitur, & alius plurimum citatur, & sudores fiunt. ^h Alius venæ sectionem timet: dicens, & non phlebotomes in febre ardenti, fortasse enim phlebotomia inflammabit eos, & fortasse iuuabit eos, si fuerit illic turbiditas vrinæ & rubedo. ⁱ Conuenit etiam à principio purgare: omni die dando aut eos decem tamarindorum, infusorum in aqua communis. ^k Aut in mane sirupum de prunis, & aquam ordeï, & in nocte apud somnum mucilaginem psyllij, & in meridie succum melonis indi, citruli, aut cucurbitæ. Quod si natura fuerit obediens, & omni die tribus vicibus, aut pluribus assilauerit, loco prædictorum dabis succum granatorum mazorum cum suis interioribus, extinctione caloris procurans. ^l Primo enim blande & leniter hanc febrem ardentem aggredi oportet. Vbi vero signa coctionis apparuerint, acrius euacuare

^d Gal. de pituita. c. 4. col. 183. & 184.

^e Ras. l. diuisionum. c. 14. 8. & 10. ad c. 5.

^f Auic. f. 1. 4. l. 2. c. 42.

^g Gal. 12. met. c. 4. col. 297.

^h Gal. aph. 1. 23. in fine.

ⁱ Auic. f. 1. 4. l. 2. c. 42. in princ.

^k Auc. 7. col. c. 12.

^l Ras. l. diuifioe. 148.

m
Act. tct. 2. f. l. c.
 78.

n
Raf. Io. alman. c.
 5.

o
Auc. 7. col. c. 12.

p
Gal. 9. met. c. 16.
col. 234. inf. c.
 235.

q
Haliab. 3. pract.
c. 16. col. 3.

euacuare conueniet. Et potum aquæ exhibere, in corporibꝫ
 in quibus non est offensa in aliquo membro, neq; aliquod
 prohibens. Et vbi est offensa, detur fracta: ad quinq; aquæ
 frigidæ ciatos, vnum aquæ temperatæ miscendo: aut cum
 aqua frigida misceatur oleum rosaceum. Oleum enim non
 finit aquam lædere sua frigidate. *m* Quod si offensa non fue-
 rit, ex aqua frigida super niuem infrigidata tantum bibat, do-
 nec facies eius viridis fiat, & tremat. Si autem ex hac ven-
 ter vehementer soluatur, ordum confractum & ablutum,
 & aqua coctum, cum trochiscis cōstrictiuus de spodio est dā-
 dum. *n* Melius est enim, vt per aquam frigidam febrem ar-
 dentem in febrem lentam cōuertamus, quam vt æger mo-
 riatur. Ad quod aqua anguriæ melior est quam aqua in niue
 infrigidata. Nam hæc solam qualitatem imprimi, aqua ve-
 ro anguriæ aut cucurbitæ assatæ præter qualitatem frigidā
 quam imprimi, restaurat & addit in sanguine, frigidam sub-
 stantiam faciendo. *o* Aqua frigida dari potest in febribus ar-
 dentibus, coctionis signis non plane euidentibus, quanuis
 ei non sit consuetudo. *p* Quod sicum aqua frigida velis mis-
 cere iulep, fac: & cum dormiturus dabis sirupum papaueris,
 in quo sit spodij, drach. semis & seminis portulacæ, & medul-
 læ citruli, ana, drach. i. & semis. cucurbitæ, drach. semis. re-
 frigerabitur etiam hepar, & stomachus cum oleo violaceo,
 & rosaceo, & modico aceti vini, cum aqua intubi, coriandrī,
 & portulacæ, & cera. Quod infrigidabitur cum niue, si fue-
 rit tempus æstatis: Et si sit tempus hiemis, cerotum sit tepi-
 dum. Et in tempore æstiuo odoret nenuphar, violas, & san-
 dalos, & aquam rosaceam, & camphoram. *q* Et ad refrige-
 randum stomachum, potandum damus succum psilij, cum
 succo mali granati, aut succo melonis. Et si caput doleat,
 hoc cathaplasma in temporibus ponatur. R. Tandalorum
 alborum, rosarum, ordei assati, puluerizati, ana. drach. ij.
 distem

distemperentur cum succo semperviui, aut aqua rosacea, aut oleo rosaceo, & modico aceti. Hepar vero & stomachus sic epithimentur. Sandalorum alborum, & rubeorum. drach. ij. rosarū drach. iij. & semis corticū cucurbitæ drach. iij. frondium violarum viridium. drach. iij. cāphoræ. drach. j. dissolue in succo semper viui. Quod si vigilias habuerit, in cata plasmate quod super tempora ponimus, addemus suc cum papaueris, & lactucæ. Et si dolor capitis non cessauerit, & æger neq; tussim, neq; distillationem patiat, capiti fomentum fiat, cum aqua calida: in qua cocta sint viola, camomi^r, rosa, ordeum mundatum. Quod si adhuc non cessauerit, infundatur super caput lac caprinū, aut asininū. Et cum declinat ægritudo, non est malum vti balneo, cuius aqua declinet ad frigus. Præcipue in habentibus febres ardentes ex phlegmate salso. Et non solum in declinatione, verum in morbi vigore balneum in febre ardenti conuenit. Quod si nulla inflammatio in principalibus membris reperitur, & signa coctionis præcesserint, & æger sit calidæ & siccæ complexionis & in ætate: si eum in aquam frigidam immiseris, sudorem commouebis, & iuuaabis, & maxime si tali labacro sit assuetus. Et si moderata est febris, & vires robustæ, & signa coctionis præcesserint, proderunt etiam balnea aquarum tempera-
 turum.^t

r
 Isac. 3. pract.
 c. 25. col. 2. c. 3
 Auic. f. I. 4. t. 2.
 c. 42. Insine.

t
 Acti. t. c. 2. f. I. c
 78. col. 254.

SCHOLIA:

AN in febribus ardentibus vena sit in incidēda, diuersus admodum ab Auicena videtur Galen. qui eā vsq;
 Z 2 ad

ad *scindatur* concedit: Auicena vero illam maxime timet, *fen* 1.4. tract. 2. c. 42. inquit enim, & non phlebotomentur, fortasse enim, phlebotomia inflammabit eos. & fortassis tu uabit, eos, si fuerit illic turbiditas vrinæ, & rubedo. Vbi Iaco b9 de partibus inquit, quod si vrina fuerit subtilis, & ignea, vena non scindatur, ne ad humorum colericorum ebullitionem ægri perducantur. Et vt ibi gentilis, ne humores colericos furere faciat, & inflammationem augeat. Si autē vrina crassa, turbida, rubea sit, tunc scindatur vena: vt sanguinis, & coleræ superfluitas euacuetur. Eandem sententiã sentit idem Auicena. f. 4. l. c. 20. vbi in febribus vehementis inflammationis phlebotomiam timet. Galenus tamē. i. apho. sectio. apho. 23. non solum venam secari permittit in ardētibus febribus, verum vsq; ad animi deliquium. Totus enim inquit habit9 refrigeratur, & febris extinguitur, & alius plurimum citatur, & sudores fiunt. Et libro isagogico introductio seu medicus appellato. colu. 216. (breui causi medela. ibi citata) venam secare iubet. Febres etiam ardētes sanguinem atrum multiplicare, docet Gal. in libello. de atra bile. c. 4. respectu cuius venam secare erit necessarium. Galenus, etiam. ii. metho. c. 15. in omnibus putridis febribus siue continuis siue interpellatis phlebotomiam concedit. Exonerata nanq; natura & aleuiata reliquū sine difficultate vincet: idem colligitur ex Hipocrate & Gale. 4. de vic. ratio. in acutis. tx. 19. cuius verba sunt. In acutis morbis sanguinem detrahes, si vehemens morbus videatur, floruerit q; ægroantis ætas, & virium adfuerit robur. Vbi Galenus hanc sententiam magnificiēs miratur, cur Hipocrates in aphorismis eam nō collocauerit: cum paucis verbis magna comprehendat. Neq; Auic. sententia & suorum sequacium placet Amato Lusitano centuria. i. in scholio curationis, 91. ratio enim eorum est, ideo in ardētibus febribus venæ scissio nem prohiberi,

hiberi, quia sanguis inculpabilis euacuatur, putredine in bile remanente. Quod falsum probat ipse Amatus, bilis enim putrens & sanguis simul in venis existunt: adeo vt ipsi naturæ difficilimum sit, vnum ab altero separare: quanto minus, per venæ sectionem vnum ab altero separabitur. Quinimo necesse est ambo simul euacuari. Vnde sub eadem portione sanguis & colera manebunt, & efferuescentia necessario erit maior. Cum duo ipsam efficientes humores sint vacuati: natura quæ alleuiata residuum facilius superabit. Opinionem tamen Auicenæ aliquando verum tenere concedit. Cum enim febres ardentes post maximas fatigationes, & in æstiuo tempore sunt: quo tempore venæ ex aeris ambientis calefactione desiccatae, humorem biliosum ad se trahunt, multum quæ etiam bilis in extimis corporis partibus generatur. Hoc casu non licebit venam incidere, tunc enim bilis extra venas contenta, & ibidem genita, ad venas traheret: & sic febres intensiores fierent. Quo casu iustum putat cum Auicena venæ scissionem timere: præcipue si cū his vrina subtilis & citrina sit. Quinimo, consilium erit, per medicinam lenientem coleram euacuare: illam scilicet quæ extra venas fluitat: deinde venam incidere. Et hanc Amatus credit esse Auicenæ intentionem, eamque Arnaldum à Villanoua practicasse affirmat. Ego vero aliter Auicena cum Galenò concordarem, supponendo nomen causi seu febris ardentis secundū analogiam dici, vt Galenus diffuse docet. 4. de vic. ratio. in acu. com. 13. vbi causus non tam significare morbi speciem asserit, quam morbi symptomata: veluti quæ ex febris ardore, & linguæ siccitate seu nigredine. Quibus igitur febribus, hæc omnia adfuerint exquisiti causi erunt. Quibus vero aliquid defuerit, per analogiam: veluti ex phlegmate falso, aut sanguine putrido. Quæ febris quanuis sin oclus dicatur, in genere febrium deurentium

tum eam comprehendit Galenus, 2. de crisi-
 bus. c. 6. vbi fe-
 brem ardentem sinochum etiam nominat, & eandem sen-
 tentiam tenet Paulus lib. 2. c. 27. quos ad hoc allegat Fran-
 ciscus Balesius. lib. 5. suarum controuersiarum. c. 22. vbi satis
 diffuse refutat Franciscum Baleriolam, asserentem sino-
 chum acutiorem febrem esse causo exquisito. Quibus faci-
 le erit, Auicenam cum Galeno concordare. Si analogia leu-
 causi æquiuocatio distinguatur. Quando enim Galenus a-
 pho. 1. apho. 23. in febre ardenti vsq; ad syncopim phleboto-
 mandum iubet, intelligendus non de causo exquisito, qui
 ex colera in venis proximis cordi putrefacta sic: cum in eo
 humor putrens non sit sanguis: sed de febre sanguinis deu-
 rente, seu sinocho, cuius proprius humor sanguis putrescens
 est. Non tamen negabimus, in vero & exquisito causo ve-
 nam secandam esse: cum magnus morbus sit: in quo virtu-
 te consentiente venæ scissio conuenit: iuxta Hipocratis
 sententiam supra allegatam. Non tamen in tanta quantita-
 te, vt colera frenum abscindatur. Et hoc est quod Auicena
 & sui sequaces adeo timent, superfluum inquam sanguinis
 extractionem: vbi vrina neq; turbida neq; rubea est: aliqua-
 lem tamen concedit. Cum dicat & fortassis eum iuuabit phle-
 botomia. Et quia humor febris ardentis secundum plurimum
 subtilis est, & adeo calidus, vt sapiat naturam furiosi. Præci-
 pue cum in loco nobilissimo sit iuxta cor. In febre ardenti
 sapientes arabes nihil de præmissione digestionis loquun-
 tur: imo illico, cum medicinis lenientibus euacuant, veluti
 sirupo ex nouem infusionibus, aut violato, cum mucilagi-
 ne psyllij, aut cassia, aut manna. Quibus addit aliquid ex me-
 dicina electiua, veluti in vero & puro causo rabarbarum, in
 spurio vero agaricum & rabarbarum. Euacuatio vero erra-
 dicatiua fiat, post complementum digestionis, cum medici-
 nis electiuis. Sirupi vero digerentes in vero & legitimo cau-
 so,

fo, magis debent alterare, quam incidere, & attenuare: cum ex humore subtili sit. Veluti cum oxitaccharo, sirupo viola fo, de acetositate citri, in spurio quia humor est magis crassus, cōueniet sirupus acetosus simplex, & si humor crassior sit, acetosus ex duabus radicibus. Balneum etiam in febre ardēti ad duo potest adhiberi: vt alteret, quod calefactum, & desiccatum est. Respectu cuius magis conueniet in vero & legitimo causo, à colera facto, quam in spurio ex phlegmate falso. Conueniet etiam balneum, vt humorem residuum resoluat, quo casu magis in spurio, quam in legitimo conueniet. Et tunc non frigidum sed tepidum esse debet, Aut remisse calidum: vt humectando, & aliquantulum resoluendo, non calefaciat. Et quanuis balneum non ita calidum, in legitimo causo conueniat, sicuti in spurio tamen quia tales magis extenuati sunt, magis à frigore balnei leduntur. Et præter hæc quæ dicta sunt: reliquæ prædictæ intentiones pro putridis febribus in
 generali, exequi debent.

DE CAUSIS SIGNIS ET CVRA
 FEBRIS COLLIQVATIVAE.
 CAPVT III.

A E D E M febres ardentes quando intense sunt & grauissimæ, colliquatiuæ dicuntur. In eis enim recens compacta caro, aut pinguedo dissoluitur, ac colliquescit, & vbi

& vbi malum diuturnum est, ipsarum etiam solidarum partium substantia. Quæ quidem secernitur per ventrem, colliquamento ex toto corpore ad ipsum confluente. Propter quod dicitur hæc febris synthetica, id est colliquatiua. Colliquamētum autem simile est bili, quæ assidue per vomitū, aut ventrem deicitur. Differt ab ipsa, in graueolentia fatoris, & est fuluioꝝ bile, & habet crassitudinem oleosam, vel adiposam. ^a Colliquatio enim carnis, ad albedinem magis tendit, ita vt efficiatur in ea color subpallidus, quem fuluū appellant. Et quandam pinguedinem & tenacitatem in se habet. ^b Et in vrina manifestatur, si pinguedo super natans, araneorum speciem referat. Tale enim in tali vrina contingit, quale in iufculis frigescentibus. ^c Et nō solum febres ardentes colliquationem faciunt, verum quæcunque febres morosa, in quibus absumitur mollis caro, aut pinguedo. ^d Et ex eisdem febribus ardentibus colliquatiuis, fiunt febres marasmodes. Immo ipsæ febres marasmodes suo modo possunt dici colliquatiuæ: in quantum carniū, & ipsarum solidarum partium substantiam depascuntur. Nam quod in febre vere colliquatiua per ventrem, vel vrinam, vel per vomitum excernitur, illud in febre marasmodes in vapores digeritur. Quod ex subiecti humiditate & crassitie, vel ex eisdem siccitate contingit. Nam ex corpore obesso & humido colliquamenta sensibilia descendunt: quemadmodū ex suis domesticis, dum ad ignem torrefiunt. Ex feris autem suis, quanuis eorum carnes ad ignem torreatur, prope nihil sensibile occurrit colliquamenti, sed in vapores digitur. ^e Corpora autem quæ ex febribus magis resoluuntur, sunt pueri, & senes vitim senij, diuersis tamen rationibus. Nam pueri propter suæ complexionis caliditatem & humiditatem multam extenuantur, & defluunt, de crepiti vero ^f propter vitium imbecillitatem. ^f Næc diciat nos colliqua
men-

^a
Acti. tet. 2. f. l. c.
90.

^b
Ga. de Hipo. &
plat. de l. 8. c. 12
col. 1071.

^c
Hip. & Gal. 2.
prog. ix. 35. col.
773.

^d
Ga. 4. v. r. l. x
ll. 4. col. 737.

^e
Ga. 10. met. c. 11.
col. 261.

^f
Gal. apho. 2. 28.

mentum, quod per vrinam quandoq; arenibus excernitur. Quod cognoscetur, ex hoc quod non paulatim descendit, sed simul & aceruatum. Quia ex renibus ad vesicam brevis est via. Quod vero à toto corpore excernitur, ex hoc quod paulatim & disgregatum eijciatur. (Vt pote longa sit via & a longe sint loca aquibus deciditur) Non aceruatum descendit. ^g Significant etiam colliquamenta à toto corpore, quando in vrina excernitur aliquod, quod erui, aut ordei specie referat. A iecore enim veniunt eius modi corpuscula, misca à mèbris. Sicuti ea quæ carnosiora sunt arenibus. Et quæ foliorum similia sunt, aut vesica. Corpuscula autem ordeacea tum duritie, tum magnitudine non albida colliquata carnis sunt notæ. Sicuti nigra lienis. ^h Et deiectio quæ apparet oleosa, pinguedinem liquefieri significat. Quæ vero pinguis est & viscosa, significat membra liquefieri. ⁱ Fiunt autem colliquationes, calida intemperie circa viscus existente. Primo humorum, deinde etiam carnis hepatis ipsius, & euacuatur per ventrem crassabilis, graue olens, & multum colorata: sicuti in febribus pestilentibus contingere solet. ^k Et principium colliquationis est, cum vrinæ pingues apparent, ita ut ambiguum sit, an oleosæ sint, an aquosæ. Quando vero notabiliorem olei mixturam habent, augmentum est liquefactionis. Quando totæ vrinæ per totas tum in colore, tum in substantiæ compage, veluti oleum sunt, liquefactionis est vigor. ^l Cura harum febrium similis est, curæ febrium hæcticarum: in eis enim conueniunt cibi infrigidantes, & humectantes, epithemata, & vnditiones quæ in hæcticis. ^m imo frigidiores & crassiores sorbitiones conueniunt. Et potus qui consistant, & astingant ventrem. ⁿ Ut ilis est in hac febre: potus aquæ frigidæ purissimæ & aduersissimæ est aqua mullæ. Quod si ei coniungatur visceris inflammatio, periculosior morbus est. Et remedia non siant nisi prædicatione morus

^g Gale. aph. 7. 35.

^h Gale. 6. epidi. cõ. 7. ix. 15. c. 735.

ⁱ Paul. 1. 2. c. 13. pa. 74.

^k Gal. 8. cõp. med. secũdo c. vj. col. 731. infine.

^l Acti. tet. 2. s. 1. c. 38. col. 237.

^m Gal. 10. met. c. 11. col. 262.

ⁿ Hip. Gal. 4. me. ratio 1x.

^o Gal. 3. me. ratio 1x. 12. col. 221.

præmissa. Si autem quæ egeruntur, intestina mordeant, ipsa
 q̄ ignescant, tunc per clisterium infundatur lac tepens, si au-
 tem mordacitas cum tormine sit, succus ptisanæ cum ovo
 integro conquassato, cum aliquo oleo rosaceo mixto. Et si
 dolor perseverauerit, bis aut ter fiat talis infusio. Conue-
 nit in hac febre lac decoctum ad tertias, cui postea quarta
 pars aquæ addatur. p

p
 Acti tet. 3. f. 1. c.
 38. col. 594.

SCHOLIA.

BARTOLOMEVS Montagnana suo consilio
 lib. consilio. 143. febrem colliquatiam esse hecticam
 primæ speciei affirmat: cuius contrarium pluribus rationi-
 bus potest persuaderi. Quavis enim ratione maxime reso-
 lutionis, in ea contingentis, veluti hectica curetur, maxime
 differunt: hecticus enim calor, æqualis est & pusillus, & qui
 ab hectico non sentitur, nisi post cibum, ratione annotatio-
 nis incompressæ ex eo sequat̄: in febre vero colliquatia
 adeo calor sentitur, ut æger comburi videatur. Et confirma-
 tur: quia febris hectica immaterialis est, colliquatia vero
 humorem necessario habet, intra venas putrentem: pingui-
 dinem carnesq; liquant̄. Quavis fateamur, febrem colliqua-
 tiuam hecticæ febris causam esse, non primæ speciei, verum ter-
 tiæ, quæ marasmus dicitur: cū febres colliquatix marasmo
 des febres efficere soleant. Propter quod in febre colliqua-
 tiua suspecta est per pharmacū euacuatio, ratione resolutio-
 nis, & timoris casus in hecticā. Colera vero quæ in venis ac-
 ceditur & putrefit, semper indicat de sui abscissione: cuius o-
 catione audeat Rabarbarū dare in substātia, p̄ causa colli-
 quationis extirpanda: & maxime si resolutio, aut fluxus ex col-
 liquatione superfluo nō sit. Sit̄ fluxus multū vrgeret, darē fe-
 cē rabarbari. Aut ipsum rabarbarū tostū admiscerā vrgētis
 fluxus, cū gūmi arabico in aqua plātiginis aut capirū rosarū.

DE FE-

DE FEBRIS TERTIANAE CAU-
SIS TVM PVRA ET TVM
Spuria. Caput. III.

QUANDO humores in venis putrescunt, febres conti-
nuæ sunt: si autem expellantur extravenas, ac per totum
corpus deferantur, cum quiete intermittunt. Sicut autem hæc
intermittentes febres tantum tres. Tertianæ quæ ex cole-
ra, quotidiana quæ ex phlegmate, quartana, quæ ex melan-
cholia. Quarum tertiana minoris est durationis: quotidiana
maioris: quartana maximè. ^a Tertianæ autem omnium maximè
calida est: quia omnium maximè biliosa. Propter quod tertiana
fortiori rigore infestat. Et quanto sincerior tanto calidi-
or, & rigor vehementior. ^b Est igitur tertiana febris, quæ
vnum diem præstat integrum, & tertio die redit. ^c Quando enim
inter initia colera per membra defertur, ut accessio fiat, sui a
crimonia corpus affligit, & dolorem inducit. Ex quo duo con-
tingunt: vnum quod sanguis in profundum fugit, unde partes ex-
timæ corporis refrigerantur: aliud quod partes illæ per quas
bilis effunditur, per virtutem naturalem expulsiuam, illam bilem ex vna
parte ad aliam repellunt: donec ex omnibus expulsa, aut per sudorem,
aut vomitum, aut ventrem expellitur. ^d Si enim humor subtilis
sit, per sudorem euacuabitur si crassus, per secessum, si mediocris, per
vomitum. ^e Propter quod febris quæ cum rigore incipit, rarissimi-
me per abscessum terminatur. Multum enim esse oportet humo-
ris abundantiam, ut post dictas euacuationes, humor per abscessum
reteret. ^f Huius febris sex tempora considerantur. Primum est in quo
pulsus mutari incipit, siue ex sanitate, siue ex interuallo, prin-
cipium consideretur. Quo tempore si alia secludantur occasio-
nes horror mediocris adest. Post partes cutaneas membrorum,
refrigerantur, & frigore & rigore concutiuntur. ^g Si autem frigus
maximè increseat, febre iri accessum significatur, non tamen accen-
dit: suffocatur enim tunc calor, ob id quod humor virtutem intro-

^a
Gal. 2. crisis. c. xij.
col. 530.

^b
Gal. 2. simp. cau.
c. 5. col. 82. 83.

^c
Gal. 1. introduct.
sec. me. c. 13. col.
215.

^d
Galen. tremo. ris
90. c. x. c. 211.

^e
Isaac. 1. feb. part.
5. c. 8. col. 2.

^f
Hip. Gal. morb.
vul. com. 1. ix. 11.
c. 603.

^g
Gal. morb. temp.
c. iij. col. 344.

retrahēs, sit nimis frigidus. Adeo vt, sit periculum ne semel extinguatur. Quod in externis contingit, vbi ad paruum ignem plura ligna simul in iecta accendere volumus: quod ipsum extinguunt. Quod periculum in accessiombus significabitur, si pulsus maxime mutetur in paruitatem, raritatem tarditatē q̄. Si enim in his maxima sit remissio, illico ager peribit. Si vero nō sit extinctus, sed restiterit, paulo post incipiet humorem succendere, generabitq̄; calorem: primo fumosum, multo post flammeum, & deuictō humore purā excitabit flammam. ^b Rigor autem affectus caloris naturalis est, & illegitimus motus ex calore naturali cōstans, se extendere volenti, & humoris acrimonia celeriter effusi supra membra, ipsum retrahere volēti. In qua pugna, vt rigor contingat, necesse est calorem naturalē humori acri, ipsum retrahenti: non succumbere: alias esset mors. Neq̄; tali humori acri omnino resistere: alias ab ipso non pateretur. Sed quod acris humor sua praua qualitate, & velocitate suae sparsionis, sic calorem naturalem infestet, vt ipsum recludat: & quod ipse post reclusionem fortificatus, aduersus humorem reuersus, vehemēti impetu veluti a laqueo exiliēs, ipsum retrudat, ac rumpat. In qua forti ruptione, acris rigor consistit. Cum quibus si vires debiles sint, & praedicta omnia copulentur, & magna sint, maximum rigorem facient, cum vero remissa fuerint, frigus aut in aequalitatem solam. Cum autem medio modo se habuerint, horrorem, propter quod nimirū quod in aliqua accessione, humor quis membra spargitur, in vno faciat rigorem, & similis in alio horrore, & in alio solum frigus, aut in aequalitatem. Si enim multus sit humor, & acris, & celeriter motus, & vires nō adeo valētes, vt ijs resistent, rigor fiet: si vero humor paucus, & minus acris, neq̄; celeriter motus, & vires valentes, vt ijs resistere possint, frigus fiet, aut in aequalitas: si vero haec medio modo

h
Gal. 3. presag. ex
pl. c. vj. c. 458.
459.

Gal. palp. trem.
c. xv. col. 208.

do se habeant, horror. ^K Et in hoc accessio- nis principio, pul- sus duriores & minores sunt, quam ante. Et ijs qui cōtractio- nes nouerūt, manifeste celeriores. Dilatationes autē mul- to tardiores apparebūt: præcipue in accessio- nis insultu. De inde pulsus maior, velocior, densior q̄, fieri incipit, & corp⁹ calefieri: cum tāta in æqualitate, vt multum calorem intus sentiant, artubus adhuc per frigeratis. Quæ pulsus in æqua- litas collectiua cōtingit, ratione intemperie in æqualis cor- dis, aut ratione multitudinis humorum, vel ad vassa vel ad vires. Secundum tempus est, quod pulsus in contrariū mu- tat, & tota corporis molles concalefcit. Tertium, quando calor augetur, & pulsus ad proportionem caloris maior, ce- lerior, & frequentior fit. Quartum, quando æqualis est mag- nitudo, tum in pulsu, tum in calore, tum in reliquis. ^I Quan- do enim calor æqualiter diffusus est per totum, ita vt non plus sit de calore in thorace quam in extremitatibus, iā vi- gor adest: & est tēpus potandi ægros post potum enim, plu- rimum percutim ex halat, & bilis superuenit Vomitus: & tā per ventrem quam per vrinam bilis deijcitur. ^m Quintum tē- pus est, cum iam calor decrefcit, & humor accessio- nem fa- ciens, per halitus incipit expelli, & pulsus suam naturalita- tem recuperat. Quo tempore sæpius oritur sudor. Sextum tempus est, tempus integritatis, seu interualli. ⁿ Et tempus quietis in hac febre nullum habet putrefactionis inditium perceptibile. ^o Neq̄, erit idem dicere tertianam accessio- nē, seu periodum, & tipum tertianum. Nam accessio tertiana est, quæ tertio quoq̄ die affigit: quamuis accessio nō æquet interpellationi. Sed tipus tertianus æqualem requirit acces- sionem interpellationi. ^p Quæ tempora in tertianis conti- nuis etiam reperiuntur, vltimo dempto, interuallo scilicet. Et in accessio- nis earum insultu, adest frigus & contractio, virtute intus se recipienti. Quam contractionem sequitur

Gal. Io. met. c. 4.
col. 243. 244.

^I
Gal. mor. tempo
c. 4. col. 344.
C. 2. cau. pls. c. 3
col. 355.

^m
Gale. 2. cris. c. iij.
col. 518.

ⁿ
Ga. morbo. tem.
c. iij. col. 345.

^o
Gal. I. dif. fe. c. iij
col. 138.

^p
Gal. I. detipis. c. II
col. 363.

inæqualitas, inæqualitatem incrementum, incrementū status, statum declinatio. Si vero in febre continua accessio citra contractionem sensibilem sit, tria tempora prædicta in vnum incidunt. Omnia enim illa augmentum sunt, & per augmentum tria illa tempora fiunt, deinde status, & declinatio. Nullam tamen intermissionem habent: quauis habeant circuitus tertianos. Et tertiana continua, caulus, & tertiana interpellata ab vno sunt humore, & quælibet istarum februm tertia die exacerbatur. Solū differunt caulus & tertiana continua ab intermittenti, quod in primis colera ad intra venas vna cū sanguine putrescit, in interpellata vero, a venis expulsa extra venas putrescit. Et impeta suæ effusionis, ipsa per ipsam expurgatur, per euacuationes dictas: & aliquando per poros insensibiliter resoluitur: & hæc est causa suæ intermissionis. Hæc autem tertiana intermittens alia est ex quinta pura legitima, alia absolute tertiana aut notha aut spuria. Prima contingit, in quibus habitus ad bilem accedit: & in consentium ætate (quæ omnium biliosissima est.) & in tempore æstiuo, & in locis calidam & siccam temperaturam habentibus: nō habentibus vitam ociosam, sed in laboribus, & paucō cibo assuetis. Quæ ex his facilliter intelligentur. Si enim in æstiuo tēpore ratione suæ caliditatis & siccitatis, febres tertianæ contingunt: si status temporis tunc calidus & siccus fuerit, & regio calida & sicca, nonne puriorem tertianam efficiet? Et puriorem si natura ægri biliosa, & laboribus, curis, & tristitijs alluesiat, & cibis paucis & biliosioribus? Erit autem purior & simplicissima, quando præter signa prædicta in primo die statim vrinam leuem & æqualem subsidentiam habet: quæ non transcendit tertiam accessionem. Et quando incipit cum rigore, & status est cum sudore exuberanti, non dubites quin sit pura. Et quæ

r
Gal. morb. temp.
c. vij. inf. & vij.
in princ.

f
Gal. 2. cris. c. iij. c.
517.

t
Gal. 2. dif. f. c. iij.
col. 138. 1. morb.
vul. com. 3. ex. 5.
col. 465.

v
Gal. 2. cris. c. liij. c.
516. 519.

x
Av. f. 1. 4. t. 2. c.
37-

uis huius puræ tertianæ accessio non transcendat duodecim horas, contingit breuiorem esse. Multa enim bilis ea quæ pauca est, maiorem accessionem facit: tenuis etiam bilis breuiorē quam crassa, & maior ægri virtus breuiorem, imbecillior vero tardiorē, & corporis raritas breuiorem, densitas vero longiorē. ¹ Et hæc febris septē circuitibus, quod longissimū est, iudicatur. Et quod in cōtinuis putridis, (p̄ crisi cōputāda) potest dies vnus, potest in intermittētibus tertianis vna accessio. Et eo modo quo decimū quartū diē in acutis septimus indicat, ita quarta accessio septimam accessionē indicabit. ² Tertiana vero notha siue spuria est, cui aliquid ex requisitis ad exquisitā deficit: ratione cuius min⁹ habet interualli. Et dicitur simpliciter tertiana ad differētiā exquisitæ. Quod si accessio in longius extendatur, & interualli seu integritatis parū habet, iā nō absolute tertiana, sed protensa tertiana dicitur. Et hæc magnam latitudinem habet: aliqua enim viginti quatuor horas, alia triginta, vltq; ad quadraginta. Quorum opus est certificationē habere, propter cibationis tempus. ³ Visum est tamen, in senē quodam puram & exquisitam tertianam contigisse, omnia quæ pura & germana tertiana continet habentem. Per vomitum enim & secessum flauam bilem excernebat, & intensissime febrieat, & rigore intenso apprehendebatur, & de declinabat multo sudore. & accessio p̄. 10. aut. 12. horas durabat. Eius autē curā habētes, eo quod senex esset, de coctū ex hyssopo, & origano, & pulegio ppinabāt: & eū interfecissent, nisi pepones, lactucas, ptisanā post assumeret. ⁴ Cōtingit tertiana notha in otiosis, pluri vtētibus cibo: in ijs enim coctera multum phlegma permiscetur, propter quod multæ tertianæ citra rigorem fiunt. ⁵ Solent etiā tertianæ indie in terminationis accessionē facere. Quæ tertianæ duplices dicuntur. Differunt tamē aquotidianis, quotidianæ nanque duobus

⁹
Ga. 2. dif. fe. c. 3.
col. 138.

²
Hip. C. Ga. aph
4. 59.

⁴
Gal. 3. prognos.
tx. 8. col. 798.

⁵
Ga. 2. dif. f. c. viij
col. 149.

⁶
T. dia. 1. 12. c. vij.
pag. 780.

^d
Paul. 1. c. 20. pa.
79. 80.

^e
Ga. 2. dif. f. c. II.
col. 137. 138.

^f
Gale. 2. cris. c. ix
col. 527.

duobus diebus duas accessiones faciunt, inter se omnino simillimas: tertianæ vero duplices duobus diebus duas accessiones faciunt: omnino dissimiles. Imo quarta similis est secundæ & tertia primæ, præter id quòd febres quotidianæ ex phlegmate sunt, tertianæ vero ex colera. Nec solū duplex tertiana contingit, vt dictum est, verum triplex, duobus diebus tres accessiones efficiens. Sicuti contingit cuidam a dolenscenti, circa autumnii finem: Prima die circa quintam horam cepit febrere, cum breui rigore, & vesperi sudauit, & hora septima noctis prius quam integre declinasset prima febris, alter rigor seu accessio fuit sequuta. Consideratis autem ipsarum febrium formis ex pulsibus, rigoribus, modo caloris, tres tertianæ fuere iudicatæ. Neq; sunt tertianæ iudicandæ ex accessionibus. Nam si duas tertianas per accessiones iudicares, febrem quotidianam putares: vnde formam ipsius febris inspicere oportet.^f

SCHOLIA.

Q VEMADMODVM in tertianis interpellatis accessio fit, propter coleræ expulsionem a venis ad extra venas vt ibi colera putrescat, ita in tertiana continua & alijs continuis proportionalibus, humor qui ex exacerbatione debet facere, a venis magnis ad paruas mittitur: vt in locis à corde distantibus putrefactio fiat, mitiora q; efficiat symptomata: Quod non nisi virtuti forti & libere conceditur, vnde in cauto, quia virtus hac libertate & vigore caret, ob iniuriam cordi illatam, ex colera iuxta cor putrente, nõ potest virtus illam ad distantiores venas expellere. In tertiana vero continua humor exacerbationem factururus, à venis magnis ad paruas expellitur. Quando vero in die sequen

quenti, multum humoris per putrefactionem est resolutū, tepescit febris, quanuis non cesset. Ob id quod semper remanet in venis paruis putrefactio. ex quibus ad cor sumi putridi ex halāt, qui febrem cum aliquali remissione, sufficiūt continuare. Et sub forma causæ antecedentis adest colera, in venis magnis pro alia accessione. Quando vero putrefactio semper est in venis magnis iuxta cor, febris est conclusa, absq; remissione. Ad quem sensum est intelligendus Auicena. f. 1. 4. t. 2. c. 1. quando dicit, & quando putre fiunt intra venas, faciunt ad herentiam febris, & non erradicatur. Et quando putredo est intrinseca, communis super venas omnes, aut super plurimum earum quæ vicinantur cordi, forsitā non sunt additiones, neque diminutiones apparentes. Quibus vltimis verbis videtur Auicena, exceptionem facere, in caulo, seu febre ardenti: in qua quanuis putrefactio intrinseca sit, & præcipue in venis magnis iuxta cor, in ea sunt additiones, non tamen manifeste: sicuti in tertiana continua, & in alijs continuis proportionalibus. Tertianam notham siue spuriam omnes asserunt, ex colera fieri non naturali. Tunc autem suam naturalitatem perdit, quādo in crassatur, phlegmati, aut melancholiæ se miscendo. Quāuis melancholiæ non adeo communiter misceatur, saltem ad vnā formam: propter vtriusq; humoris siccitatem. Et ob id colera minoris famæ dicitur, ob raritatē suæ cōtingentiæ. Quia vero phlegmati magis communiter misceatur, hanc maioris famæ appellant: ex quibus non naturalis coleræ speciebus, vt notat Sauonarola, practica sua de febribus. c. 12. rubrica. 1. diuersæ tertianarum notharum species in surgunt. Si enim phlegma, quod coleræ misceatur, aquosum est, tertiana ex colera citrina appellabitur, si crassius sit, dicitur tertiana à colera vitellina. & si ex colera simplici fiat, cuius siccum ter reum aduritur (ita vt naturam melancholiæ sapiat) dicitur

tertiana ex colera adusta. Quod si colera melancholice nascatur, hæc & præcedens tertiana notha dicentur minoris famæ propter earum magis raram contingentiam. Sunt etiam aliæ duæ coleræ species, quæ prædictis sunt crassiores, cum fiant per prædictarum adustionem. Ex adustione namque vitellinæ coleræ fit præsina. Et per adustionem præsina fit eruginosa, siue zinaria: ex quibus cõciliator differentia 91. asserit, non posse tertianam febrem fieri. Non enim ex ipsis tanta quãtitas potest aggregari, ut ex earum putrefactione accessio fiat. Propter earum enim venenositatem natura illarum expulsionem sollicitat, prius quam multa fiat quantitas, siue per vomitum siue per secessum, quod finatur hoc difficile sit, prius hominem interficient, quam ut ex eis aggregatis accessio fiat. *Niculus Florentinus, tracta. 2. sermo. 2. suma. 4. distinct. 3. refert. ex præsina colera posse tertianã febrem fieri: non tamen ex eruginosa, ut pote maligniori, & venenosiori, magis quã putrefactioni resistenti quam præsina* Quod confirmans *Michael Saonatorola. c. 12. iuxta practicæ rubricæ. 1. faterur eam vidisse in iuvene quodam calidæ & siccissimæ complexionis, qui intus adurebatur cum intollerabili siti, extremis frigentibus, corde etiam syncopizanti, Accessio autem per tertium diem contingebat, & in appetens factus, circa septimum resolutus expirauit. Inter duas & duplices tertianas non reperitur apud Galenum differentia. Ut refert *Amatus centuria. 1. in scholio curationis. 3. Antonij de Gradi, in suo de febribus cõpendio, practicæ Mathei de Gradi adiuncto. c. 11. Asserit quod in duplici tertiana colera accessionem primo die facit, ex motu corporis celestis, & indie sequenti solum facit accessionem, ratione quantitatis materię. Induabus autem tertianis colera facit duas accessiones duobus diebus: & vtraque accessio est à motu corporis super celestis. Herc. vero. f. 1. 4. trac. 2. c. 35.**

in hoc

in hoc differre asserit, quia licet toties accessio-
nem faciat duplex tertiana, sicut duæ tertianæ, attamen causæ coniu-
ctæ ambarum accessio-
num ab vna minera deducuntur in-
duplici tertiana. Causæ vero coniunctæ induabus tertianis
adiuersis deducuntur minæ. Ex qua differentia aliã infert,
veluti à prima sequã, quod in duplici tertiana ob id quod
ab vna minera ambæ fiãt accessiones, omnes inter se mag-
nam habent similitudinem: induabus vero tertianis quia v-
traque accessio suam habet mineram, tantam similitudinẽ
non habent: illa scilicet accessio quæ in primo die fit, cum
illa quæ fit in secundo, quantam quæ tertio accedit, cum ea
quæ in primo die contingit: Neq; tantam habebit similitu-
dinem prima cum secunda, quantam quarta cum secunda.
Quod est ab Herculano subtiliter consideratum. Quauis
Amatus loco supra allegato, suam sententiam veriorẽ pu-
tet, quod scilicet duæ dicantur tertianæ, quæ omni ter-
tio die bis affigunt, sequenti vero absque aliqua
febre interpellat. Cuius opinionis credo
Amatum nullã posse causam neq; au-
thorẽ neque rationem
redere.

DE SIGNIS TERTIANAE
TVM PVRE TVM
SPVRIAE.
Caput.V.

TERTIANARVM calor est multus & acris: pul-
sus autem magni, calidi, vehementes, veloces, & fre-
quẽtes, omnis inæ qualitatis expertes, præterquam febrilis.

Significat tertianam validus rigor, maior quam in aliqua aliarum intermittentium febrium: quia ab humore magis acris, fitis etiam est vehemens, bilis vomitus, & sudor: & in ea hepar afficitur. ^a Et si sudor post febrem frigidus sit tertianam longam significat. ^b Et si legitima sit, adest in ascensu caloris, æqualis & libera celeritas, & cito ad magnitudinē attingit. Et talis est pulsus, qualis in ijs qui bene valentes exercitantur, aut balneantur. Neq; reperitur aliqua pulsus in æqualitas, neq; in vno pulsu, neq; collectiua. ^c Nisi ratione distemperiei inæqualis cordis. Aut ratione multitudinis humoris, quoad vassa vel quoad vires, ^d præter eam inæqualitatem febrilem omnibus febribus putridis necessariam. Vri næ sunt fuluæ, aut sub fuluæ, & definit ad quietē. ^e Alius tertianam non in totum neq; perfecte ad quietem desinere asserit, magnam tamen contingere alleviationem concedit. ^f Et rigor in ea differt à rigore quartanæ, quia intertiana corpus veluti à cubu pugi videtur, ac corpus pertunde in quartana vero rigor est cum frigore simili ei, qui contingit itinertibus tempore hiberno per niuem aut frigus. Differunt etiam quia in tertiana quamprimum incipit, inuadit rigor: in quartana vero rigor non illico inuadit, sed ipsa progredienti rigor augetur, cum quibusdā vsque ad ossa contusionibus. ^g Et intertianis rigor est fortis, frigus autem paucum, ac veluti quando pes stupefcit, & non perseverat diu, sicuti in alijs febribus: quia corpus cito calefcit. ^h Differt etiam rigor tertiane a rigore quartanæ, nam in tertiana in ipso rigoris tempore sitim & caliditatē in profundo sentiunt, quorum neutrum accidit in rigentibus rigore quartanæ. ⁱ Comitantur etiam rigorem, æstus acris, ciborum fastidium, & animi defectus. ^k Et facilius est distinguere tertianā à quotidiana: non enim quotidiana primo die cū rigore inuadit, quin potius frigus est, quam rigor: vnde tertianæ spuria, vbi cole

^a Ga. I. ar. cur. c. v. col. 371.
^b Hip. l. 2. de mor. fol. 55. col. 4.
^c Ga. 2. cris. c. iij. c. 518.
^d Ga. 2. cau. pul. c. 1. col. 353.
^e Gal. I. art. cur. c. v. inf. c. vij. col. 373.
^f Auēz. l. 3. t. 1. c. 2.
^g Ga. 2. cris. c. iij. c. 517.
^h Rrf. Io. alman. c. 4. in princ.
ⁱ Gale. pal. trem. c. xxi. col. 212. 213.
^k Gal. tipis. c. iij. c. 364.

ra phlegmati miscetur, sine rigore fiunt, aut exiguus admo-
 dum rigor ipsis oritur. Neq; in principio quotidianæ est ali-
 quis pulsuum ordo neq; æqualitas, neq; in augmento cele-
 ritas, magnitudo, & vehementia. Quæ omnia in tertiana pa-
 tent. Neq; calor quotidianæ & sitis hominē adeo torquet,
 neq; in ea est sudor. Aded ergo differt tertiana à quōtidia-
 na, vt nichil commune cum ea habeat.^m Et non solum vrina
 in tertiana morbi tempora ostendit, per ægritudinis pro-
 cessum, verum in principio febris speciem significat. In ea
 enim vrina est fulua, aut sub fulua, in quotidiana vel est al-
 ba tenuis, vel crassa, turbulēta, rubea. In quartana verò cru-
 da.ⁿ Præcipuum enim in febribus cōsiderabile vrina est: cū
 febris venosi generis affectus sit, vt arterias etiam includa-
 mus. ° Calor etiam tertianæ non multo post rigorem accē-
 ditur, purus absq; fumis, calorem vero quotidianæ afsimila-
 bis igni fumoso, in lignis viridibus accēso. ¶ Et caliditas ter-
 tianæ saluior est caliditate causonis, & quanto magis man-
 tangentis immoratur, apparet mitior. Contrarium verò cō-
 tingit in causone. ° Ex omnibus istis intermittētib; febrī-
 bus acutissima, & breuissima est tertiana, longior vero & si-
 ne periculo quartana: quotidiana & tertiana notha longæ
 sunt, non sine periculo. Nam aliquando visa est continge-
 re tertiana notha in autumnno, & sinere in vere. Pura vero
 siue exquisita nihil simile habet cū alia. ° Est enim breuis-
 sima & sine periculo. Quia pluribus horis intermitit, & est
 velocis terminationis. Quia ex quo mouetur humor subtilis,
 est cite maturationis & facilis resolutionis. ° Vt plurimū
 enim durat per septem horas, & septem periodis termina-
 tur quod si supra duodecim addat horas aut supra septem
 periodos non est pura. ° Et tertiana notha, quæ fit ex cole-
 ra præsina aut eruginosa est fraudulenta, & deterior illa
 quæ fit ex vitellina, & raro euadunt ægri ab ipsa. Quæ cum
 iuuadit

^m
 Ga. 2. cris. c. 9. c.
 520. P. au. l. 2. c.
 20. pag. 80.

ⁿ
 Ga. 1. art. cura. c.
 vij. in. fine.

^o
 Ga. 1. cris. c. vij. c.
 493.

^f
 Ga. 2. dif. fe. c. 4
 col. 139.

^g
 Au. f. 1. 4. t. 2. c.
 36.

^r
 Gal. 1. art. cur. c.
 viij. col. 374.

^f
 Haliab. 8. theo. c.
 4. col. 7.

^t
 Auic. f. 1. 4. t. 2.
 c. 37.

inuadit angustiam efficit, & inquietudinem cum siti magna & alienatione: & iacat se æger super lectum huc atq; illuc, & sit pulsus durus, parvus, atq; diuersus, & vrina tendit ad viriditatem aut nigredinem. Et hipostasis etiam est talis, quæ si in medio p̄deat, moritur æger, & si infundo sit citius morietur: & est elongatio mortis, aut approximatō, secundum q; hipostasis nigra aut viridis elongatur a fundo vrinæ, aut approximat. Si enim in fundo talis hipostasis sit, significat virtutis prostrationem indigerēdo. Quod si in die critica incipiat apparere vrina nigra, absq; hipostasi nigra, signum est fortitudinis virtutis expulsuæ, quare est signū salutis. Tertianæ vero continua cognoscitur per vehemētiā accessio- num, & vehementiam accidentium tertianæ. x

v
Auenz. l. 3. t. 1. c.

7.

x
Auzif. l. 1. 4. t. 2. c.

8.

SCHOLIA.

INæqualitatem febrilē vocat **Glauc.** quando principium & finis dilatationis, velociores sunt quam medium. In dilatationis enim principio natura sollicita, vt intemperiem ex febre refrigeret, dilatationem accelerat, in fine verò, vt per sequentem contractionem fuliginosa excrementa excernat, ad dilatationē cōplendam properat: quæ febrilis inæqualitas min9 in tertianis, quā in quartanis, & quotidianis apparet. Quia cū tertianarū caliditas intērior sit, quā in cæteris intermittētib; febribus: & ob id tota dilatatio velocitatem contineat, extrema dilatationis non multo celeriora quam medium erant. In reliquis vero cum remissioris caloris sint, non est necesse naturam velocitatem dilatationis tantum procurare: neque totam dilatationem esse velocem. Vt notat **stephanus** atteniensis. libr. 1. de febribus ad **Glauc.** pag. 54. incontinuis vero putridis hæc inæqualitas

litas febrilis apparet magis, quam in intermittentibus. Vt colligitur ex Galeno. i. de febribus ad Glauconem. c. 2. vbi signa ponens febrium continuarum putridarum, inquit: tunc cognosci esse continuas, quando proprium putridarum febrium signum in pulsibus manifestum habuerint: hoc est febrilem inæqualitatem, perque verba, quanuis non intendat putridas intermitentes ab inæqualitate febrili liberari, in continuis tamen manifestius apparere affirmat. Propterea quod causa inæqualitatis febrilis in eis magis continue affligit, & in loco cordi proximiori, intra venas scilicet. In intermittentibus vero neque continue affligit, & exterius spargitur per ambitum totius corporis. Cum in tertiana intermittente colera non illico, affatim & subito inuadere possit, vt sua acrimonia calorem retrahat, & cum eo reluctet, in quo essentia rigoris consistit, iuxta Galen. libr. de palpi & necesse est ante rigorem frigus & horrorem præcedere: parum tamen post horrorem rigor sequetur intensus, si tertiana exquisita sit. Humor enim subtilis & celer non adeo tardabitur, quin exorificijs venarum ad membra penetret, ex qua subita & celeri effusione intensior & breuior rigor causatur, quam in alijs intermittentibus febribus. Imo in tertianis nothis & in alijs intermittentibus extrasso humore, non necesse est vt rigor febrem præcedat. Vbi enim humor crassus est, aut subtilis crasso mixtus, in extremitatibus venarum inuisatur vnde non potest subito, & affatim super mēbra diftemperiem imprimere. Vt asserit Gale. 2. de diff. fe. c. 4. de febre phlegmatica: quod solum frigus aut horripilationem facit. Frigus tamen hec, & quod intertianis nothis seu spuriis contingit, intensus est frigore puræ tertianæ. In alijs enim dupliciter infrigidantur, positiue ab humore
inquam

inquam frigido membra in frigidante, & priuatiue ob virtutis siue caloris intus retractionem. In puris autem tertianis solum fit priuatiuum frigus: positiue enim impossibile est, coleram in frigidare, cum igneus humor sit. An tamen a fortiori, an a debiliori virtute intensior rigor procedat. Auicenna. f. 1. 4. t. 2. c. 6. hæc verba profert. Et de causis vehementiæ rigoris est. Vehementia virtutis expulsiuæ in acerbis: & propter illud, quanto causa rigoris est mordacior, rigor est vehementior, quæ maxime reprehendit Christophorus Auega. 2. de diff. febrium c. 1. eum etiam reprehendit quia humorem viscidum dixerit esse causam intensioris rigoris. Qui veram Auicennæ litteram non vidit: vera enim Auicennæ versio ex arabico in latinum (prout ex Andrea Bellunensi constat) vbi mēdosa versio scribit viscosior, scribit mordacior. Vnde potius ipse reprehensione dignus est: quod verum Auicennam non viderit. Sed ijs omisis ad primum redeamus. Auicennæ contrarius videtur Gale. 10. metho. c. 4. vbi asserit intensiorem rigorem a debiliori virtute procedere, virtus enim fortis omnia contemnit & sustinet, imbecilla vero a quibus libet contristatur quos conciliare nititur. Iacobus de partibus. f. 1. 4. t. 2. c. 6. duplicem virtutis fortitudinem notando, vnam simpliciter fortitudinem, quæ superfluitates quæ aggregari deberēt pro rigore efficiendo expellit insensibiliter. De qua loquutum fuisse Galenum asserit, quando dicit fortem virtutem omnia contemnere, & in tristiter sustinere: aliam virtutis fortitudinem considerat, qua fit sensibilibus expulsio humoris acris super membra sparsi, quo casu, quāto expulsiua membrorum fortior fuerit, tanto rigor erit intensior. Quo enim fortior virtus fuerit, tanto maiori conatu membra concussionem facient. Et de hac dicit intellexisse Auicenna. vbi supra: & eadem conclusio ad sensum dictum colligitur ex Gale. lib. de Palpita. tremo. c. 15. vbi asserit rigorem

gorem motum esse illegitimum, qui constat ex calore naturali se extendenti & humoris acrimonia celeriter effusi ipsum retrahere volenti. Ex qua pugna concussio membrorum, & rigor contingit. Et si virtus membrorum adeo debilis sit, vt humori succumbat, non fit rigor, imo mors sequitur. Si autem virtus multū sit fortis & humoris acritudo multum leues, ipsum humorem parui pender, & non fiet rigor. Oportet igitur vt rigor contingat, quod humor adeo qualitate, & quāitate virtutem infestet, vt ipsam recludere possit, & quod calor reclusus & fortificatus, aduersus humorem reuersus, vehementi impetu veluti a laqueo exiliens, ipsum retrudat ac rumpat. Ex quibus colligitur, ad fortem rigorem fortem musculorum virtutem expulsuam, & intentam humoris acrimoniam esse necessariam, ad vtriusque mentem, tam Galeni, quam

Auicena.

DE CVRA TERTIANAE TVM
PVRAE TVM SPV-
ria. Caput. VI.

TERTIANA quidem facilis curationis est. Cum autem a medicis mala via tractatur, non solum difficilis, verum in curabilis redditur. ^a Amorbi inirio cibum institue re oportet, ad vniuersum aegritudinis tempus respicientes. Nam si celeriter ad statum accedat, tenuis victus est exhibendus: si vero tarde, nisi maiori cibi copia refeceris, hominem cum morbo interficies. Ita tamen cibum augebis, vt approximanti statui morbi minus de cibo exhibeas, quā in principio, & in toto morbi tempore. ^b Respectu vero tē-

Cc porum

^a Tridial. 12. c. 6.
pag. 743.

^b Gal. I. ar. cu. c. viij
col. 574.

Hip. Gal. aph. I. II.

d Gal. II. met. c. 6. col. 302. 303.

e Gal. I. vic. ratio. tx. 46. in princ.

f Aui. f. I. 4. t. 2. c. 8. col. 4.

g Ga. Io. met. c. 4. col. 244.

h Aui. f. I. 4. t. 2. c. 7. col. 5.

i Ga. I. vic. rat. tx. 46.

k Halli. 3. praef. c. II.

porum particularium accessions deterior hora ad cibandum est principium, aut parum ante principium. ^e Præterquam in febre syncopali minuta: in qua parū ante accessionem est cibandum. ^d Cogimur etiam multoties in principio inuasionis cibare quibus non sit syncopalis deficiente virtute: aqua primus scopus in morbi medela est sumendus. ^e Imò & si virtus nondum deficiat, in ipso principio febris cibare expedit quando scilicet corpora sunt colerica nimis, & assueta multo cibo. Quando enim in principio vel statu non cibantur, si debilia sint, in syncopim incidunt, si vero fortia, in extenuationem. ^f Eo modo quo inhabitibus calidam & sicam naturam ne in hecticam incidant, præsentate rigore, panem ex vino diluto damus. ^g Est enim cibatio in hora non apta ad cibandum, sicuti vacuatio humoris turgentis non præmissa coctione. ^h Si vero prædicta occasio cibi cesset, cibandi sunt in declinatione febris. Tempus enim optimum alimoniam præstandam est, dum thorax & venter temperatur, quod in declinationibus contingit. Significabit autem hoc tempus, transitus caloris ad pedes. Neque idem est pedes ex frigidis calidos fieri, & calorem ad pedes transire. Nam calorem transire ad pedes denotat dimidiū corporis relinquere, & ad pedes descendere. Quod si omnino reliquo corpore calente pedes etiam calefiant non declinatio, sed status accessions est. Neque tunc erit hora comedendi, neque bibendi. ⁱ Alius in tertiana pura ab accessions hora, post terminationem rigoris, iubet plurimam aquam frigidam dare, si in hepate aut stomacho non est debilitas maxima: præcipue si humor coctus sit: cavendum tamen id in tertiana non pura. ^k Conueniunt in eadem exquisita tertiana granata dulcia, & acida, & pruna: & melon indus est maximi iuuamenti: cum hoc enim quod soluit ventrem, prouocat vrinam, obtundit calorem, & facit

facit sudare: & non nocent cucurbita & lactuca. ¹ Et in eadem tertiana fructus pomacei liberaliter largiendi, persica cocta, & non cocta, peponum medulla probe refrigerata & sumpta per horam ante accessionem: & multa aqua temperata super epota accessionem prohibet. Sequitur enim sudor, & bilis copiosa deiectio. Neque pepones coleram generant, humorem inquam colericum, ut inscij mediciputant, sed morbum, qui colera dicitur. ² Exoleribus conuenit attriPLEX, bletum, lactuca, conueniunt etiam oua sorbilia: praesertim vetelli, suum pedes & cerebra: & si patuorum porcorum carnem flacidam dederis, non noceris. Abstineant amelle, salitis, sinapi. Vinum ante coctionem non datur: quando vero morbus coquat, dandum aquosum tenue. Vbi vero prope est, ut morbus soluat, plus vini addendum. ³ Quod vinum sit album, colore, substantia tenue, nullam habens qualitatem quae ceteris vinis inest, neque austeritatem, neque Astringentiam, neque dulcedinem, neque odorem, quod nocementis aquae & vini caret. ⁴ Conueniunt pulli in agresta decocti, aut in aceto. ⁵ Altus carnes negat, & cibos in quibus est caro: Quod si datur, sit transactis tribus diebus & pullina. Et sumat in potu aquam cum Iulep. ⁶ Conueniunt pisces, corpus enim humectant. Quod si aetas fuerit, cibi infrigidentur cum niue, in tertiana pura: nisi in his in quibus stomachus aut hepar debilla sunt. ⁷ In spuris autem tertianis cauendum est, ne super fluo cibo morbus augeatur, neque per media vires deficiant. Vnde neque quotidie conuenit cibum exhibere, sed alternis diebus, sint autem qui non ita infrigident, & humectent corpus, sicuti in tertianis exquisitis: sed aliquantulum calefaciant & incendant: unde iuuat succus prisanæ cum pipere, vel issopo, vel origano: vel spica nardi in mulla cocta ad bibendum datur, & oximeli. Vomitus etiam post cibum ijs quibus tertiana notha in vetustatem prolongata est, iuuat. ⁸ Alius hanc sen-

Tralial. 12. c. 6.
p. 746-747

Ga. I. ar. cur. c. ix
col. 377.

Ga. 3. vlt. ratio.
tx. 8. col. 658.

Auenz. 1. 3. t. I. c.
7.

Raf. Io. alm. c. 4

Haliab. 3. pra. c.
12.

Ga. I. ar. cur. c. x
col. 377-378

tentiam reprehendit, asserens non competere in tertiana
 ptisanam, cū pipere, vel issopo, vel origano, neq; ipica: hæc
 enim periculosa sunt, & febres veliementiores accendunt:
 maxime in habenti temperamentum calidum, & pituitam
 mitiore, quam bilem. Satis enim est in ijs non adeo cale-
 facientibus neque multum in frigidantibus vti. Sed his quæ
 sensim extenuent, & citra calorem, qualis est radix apij ex-
 pugata, aut ptisana cum melle, aut apio, aut aniso decocta,
 & pauco aceti. Et si humor ad ventriculum epit, vomendus
 est: si autem ad ventrem, per secessum expellendus. Diuer-
 tendus etiam per sudores, & vrina prouocanda, potione in
 inqua apium & Anethum ebullierint. Et post signa coctio-
 nis absinthium cum aqua malsa summum est remedium, ad
 uersus coleram stomachum offendentem, & eius mordaci-
 tatem. Balnea etiam calida ex oleo & aqua profunt: tum bi-
 lem educendo, tum humectando, & actu & potestate infri-
 gidando. Et si morbus coctus sit piuries fieri possunt. Bal-
 nea vero salsa & nitrosa plus qualitate nocent, quã profunt
 euacuatione. ^v Alius pro balneo non expectat coctionem
 in pura tertiana, iuno ante coctione lauare iubet: & maxime
 in temperamento calido & sicco, & vbi siccitas vrget. Et
 postquam æger in aere temperato balnei sudauerit, & tepi-
 da aqua se lauerit, oleo vngatur, aqua temperata mixto. Sic
 enim magis infriigidabitur, & humectabitur, & altior fiet pe-
 netratio. Alius ante balneum iubet corpus inungi oleo vio-
 lato, aut rosato in aqua conuassato: & impedit prolonga-
 tionem in ipso: melius enim est iterari ipsum & cum ægre-
 diuntur bibant vinum album subtile, & cibentur cibus infri-
 gidantibus. Et si bilis crassa sit, in vnctio fiat cum oleo como-
 millæ. Et tunc descendat in solium temperata: calentis a-
 quæ, vbi diutius stabit: deinde in frigida se lauet, & vestitus
 parum post bibat. Nam ex potu sudabit bilem, aut per vom-
 tum

Tra. II. c. 9. pa.
 751.

Gale. i. art. cur. c.
 ix. col. 376.

tum cum eiciet. Tepidam autem non semel cogimur dare, sed sepe. Et danda est in declinatione, aut ante accessione, & multo tunc in ipsa accessione: quanuis in accessione prohibeatur, quicquam dari. Sed necessitate urgente in ipsa accessione non solum tepidam, sed cibum damus. Imo tepida bibita in ipsa accessione; accessio sedatur, bile per vomitum eiecta. * Quod si vomitus superfluat, quanuis exacerbatione etiam comitetur, theriaca iuuat. Iuuat etiam ad tremores & frigora earundem febrium intermittentium, qualentiumq; formam in remanentibus sequent. Iuuat etiam ad fortes tremores & rigores extrema in pluribus partibus ligare, & dorsum & loca per quae rigor fortis fit ungeri cum oleo camomellino fortificato cum cardamomo, castoreo, ruta & hibernere de costib; Agarico in aqua calida quantitate cui rei vnus. * Et aduersus frigus tertianae iuuat calidis fomentis vti, & oleo antiquo cui aliquod calidum sit admixtum. Iuuat etiam aduersus rigorem, aquam calidam ad sorbendum dare, & musculos crurium panis calidis stringere, & plantas pedum fricare, & positis pedibus & manibus in aqua calida pluribus panis cooperire. ^b Et post declinationem non timeas eos potare vino multum comixto. Vinum enim reliquum humoris resoluit, & facit aquam penetrare, vt infrigidet & humectet. Et quando post crism remanet aliquid caloris inseparabilis, tunc administra sirupum acetosum cum decoctione feminum & radicum diureticarum. ^c Si tamen aegri temperamentum calidum & siccum sit, cauendum a diuretico calido: & multi qui calidi & sicci temperamenti erant, vtentes absinthio immoderatus, colliquationem passifunt. Partes enim solidae sicciores redduntur, & bilis effereuscens qualitate potius quam quantitate offendit, aut in ore ventriculi inflammationem causat. ^d Imo prouoca tunc cum sirupo acetoso & emulsione feminum frigidorum diu

Tra. l. 12. c. 6. pa.
748. 749.
Auic. f. 1. 4. t. 2.
c. 39. priori.

Gal. de v. s. u. b. e. r. i. a
& ad p. a. m. p. h. i. l. i.
c. 4. col. 574.

Auic. f. 1. 4. t. 2.
c. 12. col. 1.

Corne. cell. 3. c.
12.

Halia. 3. pract. c.
20.

Auic. f. 1. 4. t. 3. c.
39. priori prope
fi.

Tra. l. 12. c. 6. pa.
744.

^e
Aul. f. 1. 4. t. 2. c.
39. pr. ori.

f
Tra. 1. 12. c. 6. p. 2
745.

^g
Halis. 3. pract.
c. 13.

^h
Aul. f. 1. 4. t. 2.
c. 39. posteriori.

reticorum. ^e Abſinthium autem dandum tantum in tertiana notha cum oximeli. Attenuabit enim pituitam, quæ colerae miscetur. Quod vtilius est quã pulegium & islopy, quæ acria sunt, & febrem augent: nisi longe pituita coleram superauerit. ^f Neq; vtendum in tertiana notha abſinthij decocto, nisi præmissa humoris coctione. Abſinthio naq; duæ sunt virtutes contrariæ, altera stringens, altera soluens: quod si ante coctionem eo vtaris, coctionem impediens: cum vero post coctionem eo vtimur, pontica eius virtus membra conforrat, ac solidat: quod erit auxilium ad educendum humorem, sua subtilitate obedientem. Et eadem simplicitate stomachum confortat, qui maxime ex phlegmate in hoc morbo afficitur. Vrinam etiam prouocat, & coleram tunc (a pericleno meatus) attrahit, & expellit. ^g Et ad humorem digerendum in tertiana detur sirupus acetosus, tribus horis aut quatuor ante accessionem, aut in declinatione febris, & digestiua maiora sint sicut sirupus acetosus de radicibus, cum aqua apij, fenicali. Et si multum tertiana prolongetur: iuuant trochisci decupatorio cum decoctione eiusdem, & calefiat eorum mirrach. Et vngatur vntione aperienti, resoluenti, & mollificanti. Et in hac tertiana notha nõ conceditur balneum, nisi plurimum declinauerit, & humor sit nimis coctus. Balneum enim permiscet phlegma indigestum, cum eo quod effunditur ad locum patredinis, & resoluitur subtile, crasso remanete. Et clisterizentur clisterijs acutis: & ad euacuacionem expectetur coctio per multum tempus, imo clisteria iuuant in principio, magis quã solutiua: nisi solutiua lenitiua sint. ^h Deniq; tertianæ non puræ cura fiat, cum rebus temperate frigidis & absteruis, & prouocantibus vrinam & sudorem. Hoc est. R. seminum melonis, & cucumeris, & florum camomillæ, ana aureos. 10. seminis lini, scœnugreci, orobi, ana aureos. 3. squinanti, sparragi, spicæ nardi, masti-

cis,

cis, feminis feniculi, ana. aure. ʒ. conqassentur conqassanda, & bulliant in lib. 2. aquæ dulcis ad consumptionem moderatam, & in colatura adde sacchari & mellis, ana. lib. 2. & li. i. aceri & iterum bulliant ad spissitudinem sirupi, & dentur omni die. vñe. 2. cum. vñc. 3. aquæ. Et si sanguinis euacuatio

ne opus sit in tertiana, non relinquatur: sed statim ab initio fiat. Extrahatur autem sanguis moderatus. Alius consilium, ne sanguis mittatur, nisi tribus accessionibus transactis: si agritudo non sit furiosa. Tunc enim si fiat, error erit minor. Clustera autem quæ sanguinis missionem debent

precedere, sint in tertiana pura lenia: sicuti ex decoctione althææ, sebesten, radicis liquiritiæ, oleo violaceo, & baurach, & succo sicæ. Et cum pro certo habeamus, quod in tertiana pura natura dominium habet supra humorem, euacuatio non fiat cum medicinis laxatiuis, sicut scammonium: quantuncunq; enim corriganur, membris noxam imprimunt, & augment caliditatem febrilem. Sed fiat, cum iis quæ leniunt naturam. Et rabarbarum optimum est a, drach. 2. vsq; ad tres. Imo in iis febribus plura iuuat alteratio ad

frigidum & humidum, quam euacuatio, siue per sanguinis missionem, siue per purgationem. Caueri enim debet in hac febre tertiana, ne in firmo rem calefacientem demus. Ne humor calefactus suo acumine ad caput saliat, & frenesim generet. Ideo pharmacum sit lenitium, & in die quietis: in die vero accessionis potes psilij mucilaginem cum succo granatorum propinare: & maxime si febris multæ intensiõis sit. Quod si multæ intensiõis non sit, commodius erit dare succum granatorum solum: psilium namq; humorem indurat & congelat: ideo sufficit solum sirupus. Si autem accessio fuerit post prædiu, sufficit sirupum dare in mane: febre autem transacta detur pilsana. Et idem succus granatorum mazorum

in die

18
Auenz. 1. 3. t. 1. e.
7.

K
Acti. tet. 2. f. 1. e.
81.

Aui. f. 1. 2. t. 2. c.
39. priori.

18
Auer. 7. colic.
xi.

n
Gal. 1. art. cur. c.
ix. col. 376.

Isaac. 3. pra. c. 31.

9
Halia 3. praec.
12. col. 1.

11. col. 1.

Raf. 10. alm. c. 4
col. 1. & 2.

Auc. f. 1. 4. t. 2.
c. 36. priori.

Ga. 1. secretorū.
c. 49. col. 381.

17. coliget.
c. 1. sine.

f. 1. 4. t. 2. c.
posteriori.

Hip. 2. aemorb.
fol. 55. col. 4.

in die accessions dari potest, cum Iulep & pauco portulacae femine, aut spodij. Quod si æger fuerit debilis & deliciosus, & tempus æstatis, circa vnā quantq; noctem hac potione purgetur. R. Tamarindorum. drach. 10. & 20. pruna crassa, & induabus libris aquæ quo vsq; fuerint dissoluta coquantur, deinde manibus fricata colentur: & cum saccharo antequam dormiat, sumatur. Quod si ante pharmaci prædicti assumptionē, bis aut ter deiciat, loco portionis supradictæ sumat succum granatimuzi, cum mucilagine psilij: hepatis quoq; pannus ex aqua rosacea & sandalis applicetur. Quod si febris æstiuose sit, quotidie trochisci de camphora cum sirupo acetoso sumantur. Aut leniendum cum tamarindis, infundendo ex eis vncias. 4. in aqua calida per noctem: & miscatur cum māna, & succo duorum granatorum mirobalani vero nullatenus in principio dandi. Quauis diebus tractis, dari possunt cum tamarindis, simul in aqua decoctis: addendo mānam aut pulpam cassiæ aut parum olei sesamini. In tertiana autem notha cum causam habeat crassiorē, & accessiones longiores, medicina magis attractiua indigemus. Et nõ erit malum tali medicinæ aliquid polipodij miscere, coleram enim crassam & adustam & melancholiam purgat: postquam eius siccitatem oleo amigdalaram dulcium freris. E fortasse indigemus medicina forti vno modo, & debili alio modo. Eius autem fortitudo erit in euaquando humorem viscosum, & eius debilitas, vt ex eo non euacuet plurimum vice vna. Hæc autem medicina componitur ex agarico & ex scamõnio. Et ante purgationem dàda est mulsā aquosa, & post purgationem serum, aut lac asininum. Quod si febris tertiana ex colera sit vitellina, quæ colera naturali frigidior est, tunc stude magis in aperiendo, quam in instigando. In quo casu medicinæ aperire debēt absq; forti calore, sicuti est capillus veneris, radix apij, semē feni

feniculi: eis miscendo quæ principalia membra confortât, sicut mastix, spica nardi. y Cura vero tertianæ continua est curâ tertianæ interpellatæ, sed infrigidandum magis, & maior coctio pro pharmaco expectanda. Nisi euacuatio sit cû decoctione fructuum, aut sirupo violato: clisteria autem leniora sint. = Quod si in tertiana dolor sit capitis, humectentur nares cû oleo violato, & caput lacte muliebri, aut capri-
 no irrigetur, aut agitetur mucilago psilij cû aqua rosacea, do-
 nec inspissetur, & frôti supponatur. Aut oleû rosaceû & vio-
 laceum cum pauco aceti. Si autê siccitas capiti dominetur,
 & alleuiatio adsit, fac eum sternutare cum oleis prædictis
 & lacte. Et caput & crura lauêtur, cû aqua in qua coctæ fue-
 rint violæ, papaueris cortices, lactuca, & aliquantulum ca-
 momillæ. Si autem in tertiana solutio sit ventris, ptisanam
 ex hordeo torrefacto propina. Et si non cessauerit, da tro-
 chiscos de spodio cum sirupo ex agresta. Et si fuerit timor
 excoriationis intestinorum, adhibetur clisterium ex succo
 plantaginis, virgæ pastoris, & ramis portulacæ, oleo

rosaceo, terra sigillata, & testis ouorum
 afflatorum.ª

^y
 Auc. 7. col. c. 12.

^z
 Aul. f. 1. 4. t. 2. c.
 39. priori

^d
 Ifasc. l. feb. part.
 5. c. 8. col. 3.

SCHOLIA:

VT notat Sabonarola, c. 12. de febribus colericis rubri-
 ca. 2. Cura puræ tertianæ propter tria facilior est, in-
 ter omnes intermittentes febres, primo quia breuior mor-
 bus. Secûdo, qui eius accessiones breuiiores. Vnde magis in ea
 saluantur vires. Tertio & hanc fortiorem causam appellat,
 quia quæ conueniunt febri, conueniunt causæ eius, & acci-
 dentibus. Quod confirmat Niculus Florentinus, distinctio
 ne. 3. col. 6. quia morbi forma quæ febris est, eiusdem est na-

D d turæ

turæ cum materia morbi, quæ colera rubea est. Propter quod in humore tertianæ puræ digerendo, non indigent s calidis sirupis sicuti in tertiana non pura. In qua secundum Auicenam. f. 1. 4. t. 2. c. 29. posteriori, à principio conuenit si-
 rus acetosus cum geleniabin. Est autem geleniabin, vt interpretatur Andreas bellunēsis, infusio facta ex rosi cum melle: & primis diebus transactis, decoctionem exhibet ab sinthij. Imo sirupos calidos à principio exhiberemus, nisi esset timor, quod cruditates in primis venis contentæ, ad venas longinquoiores traherētur, vbi obstructions augerent. regimen autem in tertiana ex colera citrina debet magis ad frigidum & humidum declinare, quam in ea quæ ex vitellina, & minus quam in illa, quæ ex colera pura. Et in facta ex colera adusta, regimen ad frigidum respiciat: Sicuti in tertiana pura, & ad humidius quam in ipsa. Et vbi melancholia coleræ miscetur, quanuis minus frigidum debeat esse regimen quam in puris tertianis, attamē ad humidius debet declinare. Si autem ex colera præsina siue zinaria: quia veneni naturam accipiunt, regimen declinet vehementer ad frigidum & moderate siccum, cum cordialibus veneno oppositis. Sed an in tertiana pura medicamentum ventrē subducens conueniat. Simphorianus Camperius in sua practica testimonio Galeni. 1. aphorismorum sectione aphor. 24. & ex Auerroe. 7. colliget. c. 11. febrem tertianam puram dū taxat per simplicem alterationē debere curari, asserit. Refutans rabarbarum & scammonium, & alia eiusmodi deiectoria medicamina: quia calorem augent, & bilem multiplicent. Quam opinionem confirmat Gale. 1. de arte curat. ad Glauco. c. 9. col. 376. dicens in febribus colericis plus iuuare alterationem ad frigidum & humidum, quam euacuatio, siue per sanguinis missionem sit, siue per purgationē. Aetius etiam tetrabi. 1. sermo. 3. cap. 25. in febribus scammonium

nium dari prohibet, inducit enim stomachi dolorem & fitim. Auicena tamen in tertiana pura scammonij concedit sextam partem. drach. vnius, in lulep dissolutam. Quis in principio has medicinas abhorreat, nisi materia turgeat: Rasiū reprehendens. Imo in principio solum lenientes medicinas concedit: sicuti tamarindos in aqua calida in fusos. Cum quibus misceatur succus granatorum, aut siracost, & tereniabin. Quæ secundum Iacobum de partibus ibi sunt species manne, quod si ijs careamus, iubet idem Iacobus, quod tamarindi misceantur cum sero capri no. Imo & post principium humore tertianam puram efficiēte cocto, ego non auderem cum medicina exoluenti purgare, salua pace eorum qui eam concedunt, sed medicina lenienti tantum. sicuti calsiæ medulla, quod tutissimum medicamen est: & si in magna dosi propinetur, sufficit flauam bilem euacuare. Vt colligitur ex Messuæ. c. de calsia: redditur enim medicamentum cum electione euacuās. In nothis vero siue spurijs tertianis lōga coctione præmissa, aucterem supra tabarbarum & agaricum, aut aliud medicamen melancholiam eligens: Secundum quod phlegma aut melancholia coleræ miscetur. Dummodo maior euacuantium pars coleram respiciat. Cum colera semper alijs humoribus sibi mixtis præualeat. Iuuant etiam summo opere in tertiana, & magis in pura, clisteria alterantia: quæ tepida in ijciantur, vt detineantur. Sicuti foliorum lactucæ, salicis, ana pugil. 2. hordei contusi pugil. 3. pruna numero. 20. terantur hæc parum, & ebulliant in 2. libris, aquæ, donec ad vnam redeant, & forti expressione colentur, & vncijs. 8. colaturæ addatur olei violarum, rosarum & cucurbitæ, ana. vnc. i. & succi lactucæ. vnc. semis, sacchari albi, vnc. i. præstat etiam in hac febre pro cena ptisanam exhibere. Quæ sic paretur. Recip.

hordei optimi mediocriter cōtusi pugilos. 7. bulliant in sex
 libris aquæ donec duæ tertiæ partes aquæ consumantur, ex
 quo colentur per lintheum rarum vnciæ sex, & cum saccha-
 ro bibatur. laudantur etiam in declinatione crutium laua-
 tiones, vt humor biliosus reuelatur, & nō sursum repat. Bal-
 neum autem sit tale. R. foliorum cannarum viridium pugil.
 4. foliorum lactucarum & ordeï, ana. pugil. 3. terantur hæc
 parum, & bulliant in lib. 20. aquæ donec ad decem libras re-
 deant, & fiat balneum. Conueniunt etiam sudorem prouoca-
 cãtia. Ad quod ordinat sabonarola sirupum sancti Ambrosij:
 Cum quo sudare faciebat mediolanenses: qui talis est,
 R. milij excorticati pugil. 2. fac eum decoqui in aqua ad cre-
 paturam. Et in vncijs. 6. huius decoctionis bullientis infun-
 de vini albi odoriferi. vnc. 2. & calidū propina, bene agrū
 cooperiendū. An tamen in tertianis sanguinem mittere cō-
 ueniat, cum earum causa sanguis non sit: neque Galenus
 in de febribus ad glauconem. c. 2. neq; Auenzoar. 3. theisir.
 c. 2. neque Rassisus. 10. Almanforis, neq; lib. diuisionum, ne-
 q; Serapio. 6. brebiarij. Neq; Auerrois. 7. colliget, de sangui-
 ne mittendo, vllam mentionem faciunt in tertiana pura.)
 Auicena tamen loco supra allegato venæ sectionem iubet.
 Attamen quod si fieri potest, nō fiat nisi post tres periodos.)
 Iacobus de Partibus interpretatur, quod fiat in fine triū pri-
 morū periodorum: puta in die quietis, quæ tertiam sequitur
 accessionem. Tunc enim colera magis per mixta est san-
 guini: quare cum sanguine facilius educetur. Neque timen-
 dum tunc, quod per sanguinis missionem perducatur æger
 ad colericorū ebullitionem: cum iam digesta & à natura su-
 perata sit. Quod si materia fuerit furiosa. (Paulo post, in-
 quit Auicena) si à principio phlebotomia fiat, error erit mi-
 nor. Et sic Iacobi intellectus verior & cōformior est literæ
 bellunensis, aquo videtur recedere gentilis, quem sequitur
 Sabo-

Sabonarola: qui erroneum tx. Auicennæ exponentes, dicunt Auicennam intellexisse, quod si possibile est, sanguinis missio fiat tribus primis periodis. Quem textum emendans Andreas Bellunensis, contradictoriam literam ponit. Scilicet & si possibile est vt non phlebotomes nisi post tres periodos, fac. Quod maximam verisimilitudinem & consonantiam habet. Cum enim venæ sectio nō merito sanguinis sed coleræ conueniat, quæ causa febris est: tunc melius colera cum sanguine euacuabitur, quando colera sanguini fuerit permixta, quod erit post tres accessiones. Vnde si post primam vel secundam accessionem colera sanguini per mixta appareat. (Quod ex vrina tibi constabit) in principio licebit sanguinem mittere. Neque hoc Auicennæ contradicit: cum ipse tunc sanguinis missionem consulat, quando colera sanguini est permixta. Si vero ante quam misceatur, sanguis mittatur, præterid quod euacuatio frustratur (non enim colera euacuabitur,) periculum est, coleram effrenitare, & sursum rampantem frenesim efficere.

DE FEBRIS SINCOPALIS MI-
NVTAE CAVSIS SIG-
NIS ACCVRA.

Caput. VII.

FEBRIS hæc adeo est acuta, vt æger quandoq; nō sufficiat, quatuor accessiones attingere: & eius periculus est tertianus. Fit ex humoribus subtilibus, quorum plurimi sunt colerici, vehemētis subtilitatis & penetrationis, & venenosæ substantiæ. Contingit q; in corporibus calidæ & siccæ cō

Auf. l. 4. t. 2. c.

53.

Raf. 10. alm. c. 13

Tralia. 12. c. 3.

pag. 711. 712.

Gil. 12. met. c. 6.

col. 302. 303.

plexionis valde. ^a Alius adeo velociter corpus in ea resolui dicit, vt si post duas accessiones protrahatur, in alia morietur. Illico enim mortifera illa species in facie representatur: nasus inquam acutus, oculi concaui. ^b Significat etiã hanc febrem, pulsus exigui, inæquales, & in ordinati, deiectio biliosa, & vigilia, & sitis magis vigent, quam in alia febre. Cognoscitur etiam, ex ijs quæ præcesserunt sollicitudine, tristitia, modicoq; cibo, eo q; acri. ^c Si autem abiq; ijs prædicta appareat, pestiferum est signum, & magis si à principio morbi eam habeant figuram, significat enim spiritus exhalatos esse: propter quod Vinum iuuantius est, quam aqua. Quod post omnes cibos est bibendum: sit autem flauū, vetus, & tenuis substantiæ. Et quemadmodum in febre syn copali humorosa perfrictionem rarefaciendo, paulatim euacuamus, hic cutem densando, nullatenus est euacuandū: propter quod aer frigidus esse debet, & astringens: cibi etiam astringentes, non qui desfluat. Veluti pifana, aqua mellis: sed ouorum vitelli, suillum cerebrum: & post quartum diem carnem dabimus, costis succis: hanc febrem facientibus. Et cibandi parum ante accessionem. ^d Alius omni tempore & à principio morbi, pullis in agresta decoctis eos nutrit. In super & cucumeribus, citrulis, cucurbitis, & fructibus frigidis, in nice in frigidatis. Et ante accessionis principium aquam hordei cum succo granatorum mazorum cõcedit: in quo panis de simila sit in fusus. Quod si antequam quicquam comedat, syn copis venerit, os ægri aperendum, & in iiciendum vinum cum pulueribus astringentibus, & aqua frigida limphatum. Irrorandus etiam aqua frigida: si vero caliditas vehemens sit & cum siccitate, lac ex quo butyrum est extractum, cum trochiscis de caphora est tribuendum. Et dormiat in loco ventoso, & camissã induat, aqua rosa cea & sandalis infusam. Venter etiam & latera sandalis & a qua

qua rosacea liniuntur. Imo & pectus eisdem epithemati-
bus est unguendum. Et stomachus liniatur siccis linimen-
tis & aromaticis. Et in summa omnia faciendâ, quibus cras-
sior humor fiat, & cutis densetur, & trāspirationes impediā-
tur. Faciliter enim per insensibilem trāspirationem & per
sudores exoluuntur. Et eomodo quo in febre syncopali hu-
morosa, si inflammatio membri principalis ei miscetur,
incurabilis redditur: ita idem necessario contin-
git in febre syncopali minuta. R

Raf. 10. alm. c. 13

8

Aul. f. 3. 4. t. 2. c.

59.

b

Auer. 7. col. c. 16

col. 3. inf.

i

Act. tetrab. 2. f. 3

c. 98.

K

Ga. 12. met. c. 6.

col. 302.

SCHOLIA.

PRAETER hanc febrem syncopalem minutam, quæ
ex tenuibus humoribus fit, & syncopalem humorosam,
quæ ex frigidis & viscosis, omnes fere tan græci quam ara-
bes sapientes aliam syncopem ab ijs distinctam considerât,
ob biliosos scilicet humores, os ventriculi lædentes: cum igi-
tur biliosus humor inter omnes tenuior sit, superfluum vi-
detur de hac syncopali tractare, nouum caput illi appro-
priando: sub minuta enim syncopali, quæ obtenuis fit hu-
mores, deberet comprehendî. Quod si nouam considera-
tionem hæc syncopalis febris exigeret, oportuisset signa
scribere, quibus ab alia obtenuis humores facta, distingue-
retor: aut à syncopali humorosa, si syncopale humorosam
velint eam dicere, ab alia distinctam. Nisi dicant syncopim
ex crudorum humorum copia, quam humorosam dicunt,
& syncopem ex prætenuibus humoribus, quam minutam
dicunt, contingere ex febrium intermittentiũ humore, ad
extra venas propulso, ad modum intermittentiũ febriũ:
syncopem vero ex biliosis humoribus os ventriculi mor-
den-

dentibus, non ad aliquam febrem intermitentem: sequitur ratione cuius differentia nouum caput illi adaptarunt. Quod autem seorsum de ea tractetur, constat ex Galeno, qui. 12. metho. c. 3. de febre syncopali tractat, quæ ob crudos humores. De ea vero quæ ob biliosos humores seorsim. c. 4. d. syncopali vero quæ obtenuēs humores. Quam minutā syncopale dicit. c. 6. oriuali. sinop. 6. c. 26. postquam abunde de febre syncopali, quæ ob crassos humores tractauit, in fine capitis de syncopali ob biliosos humores breuiter tãgit: de ea vero quæ obtenuēs humores contingit. c. 27. Actius tetra. 2. f. 1. c. 96. syncopē ob crudos humores, de ea vero quæ ob flauam bilem os ventriculi lædetem. c. 97. scribit. c. vero. 98. de syncope, quæ obtenuēs ualde humores. Paulus egineta eandem differentiam tacit. lib. enim. 2. c. 37. de syncope ob crudos humores tractat: & in fine capitis de syncope ob humores colericos: & c. 38. de syncope ob prætenues humores. Alias q; syncopis occasiones refert. c. 39. & non solum græci verum arabes de hac syncope seorsim tractant: sicuti Auerrous. 7. colliget. c. 16. col. 2. de febre syncopali humorosa & minuta simul considerat. c. vero. 17. de syncope. ex colera quæ in ore ventriculi abundat. Solus Alexander Tralianus duas species syncopalis febris sensit: eam scilicet, quæ ex crudorum humorum copia, & eam quæ extenuibus humoribus. Inter arabes Auicena syncopē ob biliosos humores omisit. Nihil enim aliud considerat, quam febrem syncopalem humorosam, quæ ob crudos humores, & minutā, quæ obtenuēs contingit. Quauis. c. 56. tractans de syncopali humorosa, inquit. Quod si fuerit in ea humor aliquis colericus, vomitus est iuuatius valde: & ad vltimum dignus est ut iuet. Quem vomitum consulit etiam Auerrous loco prædicto, & cū oleo tepido. Et subdit Auerro. Sed quia medicina vomitiuæ stimulant virtutem, addendo in syncope:

pro-

propter hoc dico, quod longe melius est, eorum stomachos confortare, cum mastice, & spica nardi, & succo citoniorū, & foliorum vitis. Quia cum ijs virtus eorum expulsiua confortabitur, & humorem biliosum expellet. Si tamen vomitus à natura prouenerit, valde laudabilis existit. Auicena igitur anceps videtur, an scilicet febris syncopalis ex colera contingere possit. c. enim. 52. in principio loquens de febre syncopali humorosa ait. Aut secundum plurimum contingit propter phlegma crudū, & in fine capituli subdit & quādo q̄; accidit eis in quibusdam horis ex colera. Vbi gentilis etiā dubius est, an ex colera febrem syncopalem sentiat Auicena mihi tamen ex dictis verisimile videtur, ex colera os ventriculi offendenti, febrem syncopalem posse contingere: hanc q̄; medium tenere inter febrem syncopalem humorosam ex cruditatibus, & minutam ex prætenuis humoribus. Non enim in hac adeo calor cordis suffocabitur, nec meatus adeo obstruentur, sicut in ea que ex cruditatibus contingit, neq̄; adeo spiritus cordis exhalabunt, sicuti in febre syncopali minuta, eruntq̄; tres syncopalis febris species. In maiore enim tenuitate, (Quam prætenuitatem dicunt.) videntur sapientes velle distinguere minutam, ab ea que ex colera os ventriculi offendenti sit: nisi dixerimus, quod febris syncopalis minuta, distinguatur ab ea que ex colera, quia syncopalis minuta fiat ex chimis subtilibus substantiæ venenosæ: vt inquit Auicena. f. 1. 4. t. 2. c. 52. sed non possum non mirari, tot sapientes amplius eas nō distinxisse. Et quod in cura eius que à colera contingit tanta resolutione transeant, vt solum illi vini potum frigidum adhibeant, cum maiorem considerationem desideret: nisi velint eam eodem modo curari, quo febris syncopalis humorosa: quod falsum est. Nam in febre syncopali ex colera non adeo frigidum, neq̄; per tempus adeo longum, sicuti in syncopa i ob

quæ sit ab
humore bili
o. s.

crudos humores. Neq; dieta erit adeò tenuis, & coquentia leuiora, neq; adeò calida. Et quod ad ventris lenitionem & vomitum attinet, securius fiet, quam in syncopali humorosa excruditatibus: colera enim facilius & cum minori agitatione euacuabitur.

DE FEBRIBVS PITVITOSIS
SEVPHLEGMATICIS
TRACTATVS OCTAVVS.

DE FEBRIS SYNCOPALIS HUMOROSA CAUSIS SIGNIS AC MEDELA.
CAPVT. I.

FEBRIS syncopalis humorosa multis de causis affectus perniciosus est. Ex crudis fit succis vires sua copia aggrauantibus. Et multitudine & crassitie exiguos animalis meatus obstruentibus, caloriq; respiratione prohibentibus. Ex quibus æger nutriti ac refici non potest, prius quam sint coacti. Et præterid os ventriculi maxime afficitur, & temperamenti corporis simmetria corrumpitur. ^a Et quando euadit anocumento suffocationis & frigoris, & cruditates incipiunt putreferi, calor in crescit, & pulsus incipit fieri velox & frequens, & pprie in constrictione sua. ^b Quauis absolute loquendo, pulsus in ea sint inæquales, obscuro, minores, quã pro caloris ratione. Præcordia inflantur, & totius corporis color albidior fit, similis aquæ intercutæ. Nõ nullis etiã niger ac liuidus: ^c Et secũdũ plurimum inuadit in nocte, non mane, neq; ad meridiẽ. Et quotidianas facit accessiones. ^d Significat eã cruditates. que præcesserũt, ocia, intèpestiua balnea, leguminũ & fructuũ fugatiũ repletio, carniũ, & vini crassi in modera-

^a
Gal. 12. met. c. 5.
col. 301. 302

^b
Aui. f. 1. 4. t. 1. c.
52

^c
Gal. 12. met. c. 3.
col. 293. 294

^d
Gal. 12. met. c. 5.
infine.

derat9 vsus & ruct9 acidi, qui ex dictis efficiuntur. Primo euo
 mūt humorē acetosum, & oculi eorū sunt fusci, virides exeū
 tes valde, apud commotionē ægritudinis: & fiunt ægri sicut
 squinantici. Aer ergo ambiens temperatus esse debet: nā
 frigidus humoris resolutionem seu apertionem impedit,
 imo ad suffocationem iuuabit. Calidus autem humiditates
 aliquādo currere faciet. Quod timēdum est, ne ad cor pul-
 monemq; aut cerebrum perfluant. Sit ergo domus æstate
 quidem frigida, hieme calida. Propter quod etiam balneū
 non cōuenit. Nisi vbi humores extenuati fuerint & conco-
 cti, ante vero minime. Humor enim crassus, & copiosus nō
 dum attenuatus discuti per balneum nequit, imo per ipsum
 meatibus magis infarcitur. Melius est igitur humores cru-
 dos in hepate aut venis manere, quam per aerem calidum
 aut balneum dicta discomoda sperare. Neq; aer humidus ef-
 fe debet. Et donec humor partim euacuetur, partim cōquo-
 quatur, acataplasmate & perfusionibus abstinendum, phleg-
 monem enim efficiunt. Somnus moderari debet: nam pro-
 lixior resolutionem prohibet, & viscera grauat: vigilia ve-
 ro cōctionem impediunt. Siquis igitur affectus est; qui vtra-
 que hæc vicis sim requirat, somnum inquam & vigiliam,
 hic est. Somnus enim concoquit, & vigilia resoluit: crudi-
 tates autem huius febris vtrunque exposcūt. Alius a som-
 no eos defendit. Quia somnus humorem ad interiora pro-
 fundat, & calorem naturalem submergit. Cauendum
 etiam neaquam exhibeas, nisi mulsam in qua isopum sit
 decoctum aut oximeli. Hieme calida, æstate vero & assue-
 tis frigida frigida. Et indigent cibo vehementer, quia hu-
 mores niutiles sunt ad hoc. Quod si nutrias, additur in
 materia aggravante, quod si non nutris, cadit virtus. Et
 curatio vera quidem est in hac febre, humoris subtilizatio,
 non valida calefactio. Et pro cibo & potu sufficiant.

e
 Trallia. l. 12. c. 3.
 pag. 711
 f
 Auic. f. 1. 4. t. 2. c.
 52. col. 2.
 g
 Gal. 12. met. c. 3.
 col. 296
 h
 Trall. 12. c. 3. p. 4
 715.
 i
 Aetius. para. 2. f
 1. c. 95. col. 2.
 k
 Gal. 12. met. c. 3.
 col. 294.
 k k
 Haliab. 3. praff.
 c. 25. col. 1.
 l
 Gal. 12. met. c. 3.
 col. 295.
 11
 Auic. f. 1. 4. t. 2.
 c. 52. col. 58.

aut pitifanæ cremor, si alius per mullam fluat: longiffimã enim in ediam ferunt, qui crudis succis abundât. Si enim vtiles ſint, ex ipsis alentur. Si vero inutiles, tũc panem in vino in fuſum propinare licebit, imo & ouorum vitellos: album enim ægte concoquitur item ſuillum cerebrum. ^m licebit etiam, in medio acceſſionis cibum afferre maxime vinum.

^m
Gal. 12. met. c. 8.
c. 295. & 296.

ⁿ
Auerro. 7. col. c.
16. col. 2.

^o
Actius. Tetra. 2.
ſ. 1. c. 93. c. 270.

^p
Trall. 12. c. 3. pa.
714. 715.

^q
Gal. 12. met. c. 6.
col. 303.

Nihil enim in hoc caſu vino reperitur melius. Quod ſi diamuſcum cum eo miſceas, iuuantius fiet. ⁿ Alius vinum negat quando febris multum ſit intenſa. Hæ autem raro intenſæ eſſe ſolent. Neq; vinum concedit mane, neq; ad meridiem, ſed veſperi, aut noctu. Neq; iuuenibus ſtatim ab initio. ^o Et quanuis vinum ratione febris non conueniat, conuenit, vt humorem crudum attenuet, & eum cõquat. Et in ſyncope omnis medella ad ipſam vertatur: vbi vero ſyncope nõ vrget, vtriuſq; cura habenda eſt, cauſæ inquam & ſymptematis: & procurandum vt in eam non incidant. Et morbi cauſa paulatim diſcutiatur. ^q Hoc autem nullatenus licebit face- re per euacuationem, quanuis euacuatione indigeant: Non enim ſufferent ſanguinis miſſionem, neq; purgationem, ſolum igitur fricandi ſunt linteis nõ ad modum inollibus, ſed aſprædinis aliquid habentibus. Debet enim cutis ab radi, vt per eam humor exhalet: à cruribus ſuperne deorſum, & ab humeris ad brachia Deinde ſpina fricanda: Et ſi ex fric- tione timetur laſitudinis ſenſus, oleo communi vngendus. Et ſi hiems fuerit, oleo camomelino. Imo manũ & pedes berberari, erurumq; lacertos ligari, vt humor ſuffocans ab interioribus ad exteriora educatur, & à nobilioribus mêmbris ad minus digna extrahatur. ^p Pectus etiã fricetur, & mediũ diei deputetur fricitioni, & medium ſomno. Cõceditur etiã euacuatio gradata, a ſubtili ad fortẽ per clyſteia, ab in- eſtiniſ & venis eis propinquis tantum modo: & proprie quan- do natura non reſpondet. Et ſi cum cruditatibus aliquis hu-

^r
Gal. 12. met. c. 3
col. 294.

^f
Haliab. 3. praſt.
c. 25. fol. 117.

mor coleticus sit, tūc si facilis est vomitus, iuuat valde. Aut supponatur collyrium ex succo sicæ & nitro, & omni mane sumat æger pondus duorum aureorum ex semine apij, cum sirupo aceroso, & si vires moderate sint, & pulsus æqualis: si vero pulsus sit valde paruus, & multum inæqualis, in extremo periculo est constitutus, & sola frictione transeundum est: nihil aliud curiosius agentes. * Quidam tamen euacuationem in febre syncopali humorosa imperar, cum electuario diatriō pypereō: vt humores frigidos viscosos extrahat. * Alius si cruditates in hac febre abundant, adeo vt periculum sit, ne ex earum copia vires suffocentur, modicam consulit euacuationem, & vires grauatas leuare: tam per venæ sectionem, quam per pharmaciā. Quod in igne asserit euenire. Quando à copia viridium lignorum extinguitur: paucis enim excis ablatis illico elucet. Hoc autem si vires robustæ, & humor offendens multus sit: sin autem, sola frictione transeundum: habentes semper virium rationem. Nam quidam ex inscicia superflue fricatus, in inedia constitutus interijt. Vnde commodius videtur minus fricari, & amplius nutriri. Nam ex copia humorum leuando per frictionem, & vtile nutrimentum substituendo, loco eius quod resolutum fuit per frictionem, vires conseruantur, & humores crudi concoquentur. *

Aut. f. 1. 4. t. 2. c. 58.

Raf. Jo. d. c. 14.

Actius. tetra. 2. f. 1. c. 96. col. 271.

Auerro. 7. col. c. 17. in fine.

Tralia. 1. 12. c. 3. pag. 712. 713.

SCHOLIA.

AVICENA. f. 1. 4. t. 2. c. 58. in febre syncopali humorosa euacuationem videtur permittere: iniquis & modus curationis eius est, euacuatio gradata ex subtili ad fortem. Vbi gentilis hunc sensum dicit sentire Rasiū, 16. conti
E c 3 nen-

nentis. Inde cura febris syncopalis humorosæ. Sed salua ip-
 sius gentilis pace, nihil ibi Raf. de febre syncopali humoro-
 sa tractat. Quauis referat opinionem Georgij, indistem-
 perie calida cordis asserentis, quod si in ea sanguis abun-
 det, & abudet etiam syncopis, curatio fiat cum minutione,
 laxatione, & cibis extinguentibus, & attenuantibus. Trigel-
 simo tamen continentis tract. ii. cap. i. loquens de febre syn-
 copali humorosa, post Galeni sententiæ narrationem, om-
 nem euacuationem negantis præter frictionem, contrariū
 deducit demente Alexandri. Iacobus vero de partibus quā
 uis euacuationem per clysteria, ex Auicena permitat negat
 Auicenam in febre syncopali humorosa pharmacum con-
 cedere: & ratione illud confirmat. Quia si tale pharmacum
 forte esset. Virtus illud sufferre non posset, ratione synco-
 pis: & si debile phlegma quod in tali febre abundat, dilata-
 bit: & ipsum euacuare non valebit. Quod esset syncopim &
 suffocationem augere. Quod videtur velle Auicena vbi su-
 pra, dicens. Et quando occupatio fit in euacuatione eius cū
 labore, per ventrem, aut per phlebotomiam, non tollerat
 virtus. Ex quibus constat Auicenam intellexisse de euacua-
 tione gradata per clysteria, à faciliiori incipiendo: quod erit
 tale. Cartami parum conuassati. drach. ij. seminis anisi
 drach. sem. sic. 12. fiat decoctio pro vno clysterio, & in co-
 latura dissolue mellis rosati colati. vnc. 2. salis. drach. i. ex-
 quo ad fortiorē transgrādi poteris. Quāuis non desit, qui as-
 serat, rariū esse, vti suppositorijs: quia minus quā clysteria
 mouent. Solū Auerrous & Alexāder Trallianus euacuatio-
 nē per pharmacū imperant. Ratio tamē tralliani quam in-
 expugnabilem putat, lib. 12. c. 3. pag. 712. non est digna pro tā
 torū virotum impugnatione. Arguit enim à similitudine ignis,
 à multis lignis viridibus suffocati, ad cordis calorē à mul-
 tis frigidis & viscosis humorib9 parati suffocari: quemadmo-
 dum

dum enim in igne prædicto remediū est ex multitudine lignorum aliquid subtrahere, vt ignis aere perflatus conferuetur, ita in corde à multis & viscosis humorib9 submerso, est faciendum. Quod argumentum Tralliani cōcluderet, si possent præfacti viscosi humores & frigidi ex corde manibus capi, & auferri, sicuti ab igne exteriori suffocari parato, ligna manu capiuntur. Haberet in super veritatem, si quemadmodum ab igne exteriori ligna superflua, quæ ipsum suffocant, auferuntur, reliquis manentibus immotis, ita pharmacum superfluos viscosos humores auferret, residuo humorum in moto. Cum autem hoc impossibile sit: ostēditur clare dissimilitudinem esse maximam, quam similitudinem putat Trallianus. Propter quod magis consonum credo rationi, & honorabili medico, antiquorum sapientū doctrinæ ad heredo, non mouere nisi per clysteria. Quāuis nō desit, vt Nicolaus florentinus refert, qui euacuationē per pharmacū cōcedat, in duob9 casib9. Primo quādo virt9 esset fortis secūdo, quādo humor esset facilis eductionis, aut quia pauc9 esset, & aut quia paucæ viscositatis: quib9 casibus p medicinā fortē debilē, præmissa tñ coctione. tñ p vomitū quā p secessum posset fieri euacuatio. Vterq; tñ casus rarissimus est. ne dicā impossibilis. Quod si possibiles forēt, impertinēs & suspecta esset, p pharmacū euacuatio ratione syncopis. Et tunc maior haberetur cōfidētia in forti virtute, & paucitate humoris cū sola frictione, quā ex euacuatione p medicinā fortē debilē. Quod si aliquam dare liceret, esset. drach. i. hieræ Gale. in aqua mulla distēperata: præmissa tamē cū oximelli aut sirupo decortice citri, cū aqua buglossæ & issopi coctione. Sirupi autē & hieræ exhibitio in hora interualli fiant.

In hora vero accessions glans ano imponatur, & corpus pannis aspetis friccetur, aromatibus calefactis.

DE FE-

DE FEBRIBVS PITVITOSIS
DE FEBRE QVOTIDIANA
ET EIVS CAVSIS ET SI-
GNIS. Caput.II.

EX febribus quæ quotidie accessionem habent, illam quæ intermissione caret, quotidianam continuam appellant. Illam vero quæ intermissione finitur, quotidianâ, intermittentem, aut amphimerinam, ita enim græci vocabant omnia, quæ eodem modo omni die fiebât. ^a Alius amphimerinam ab eisdem græcis nuncupari ait. Quia cum accessio per decem & octo horas ad minus duret, ex ambobus die videlicet & nocte necessario participat. ^b Quotidianæ intermittentis minor sui principij terminus est decem & octo dies: eius vero duratio quadraginta & sexaginta. Et talia illarum est, illa quæ est mundorum temporum, & multi sudoris. Significat enim minus humoris, & subtilitatem eius, & raritatem corporis. Accidit exercitatis & balneatis super repletionem, & patientibus nauseatium facietatem, & habentibus descensum catarrhi. Efficit etiam hanc febrem, iecoris & stomachi frigiditas. ^c Et cum natura ægri, tempus, locus, aëris constitutio, ars, & victus ratio, alia quæ omnia pituitam attestantur, erit quotidiana exquisita. Distinguitur etiã quotidiana exquisita à non exquisita duratione, & erit maximum signum super earum distinctionem, nã quotidiana purior, longior est. Nocturna vero breuior. ^d Incipit exquisita cum extremorum frigore, & horrore potius, quam rigore & cum difficultate ascenditur, & tarde venit ad statum. Quia humor in castigilis & tenax est. Propter quod inioramibus detinetur, virtutem irritans, & pulvis paruos & in æquales efficiens in febris inuasionem. Quæ quatuor in-
tertia-

^a
Ga. 2. dif. f. c. vij.
col. 143.

^b
Aetius Tetra. 2.
f. l. c. 85. infinc.

^c
Alic. f. l. 4. l. 2.
c. 46.

^d
Trid. li. II. c. 7.
p. g. 755.

^e
Ga. I. ar. cur. c. 6
col. 375.

tertiana reperiantur, statim in ea desinunt. Rigore enim cessante, illico calor ascendit, & multum effulget, omnis fuliginis expers. Pituitosi vero humoris caliditas assimilatur, igni fumido lignis viridibus accēso. Propter quod pauca in hac febre euacuationes fiunt. ^f Sicuti enim humores corporis calidiores paratissimi sunt ad excretionem, ita crudi & crassif, vt per abscessum, aut per coctionē à natura medeantur: propter quod morbus longus est. Propter tria enim prorogantur febres. Aut propter aliquam partem affectam, cura tu difficilē: aut ppter humores crudos crassos: aut ppter externā causam tēpus scilicet, terrā, conditionē, domiciliū prauū, conflictationē, solitudinem, angorē, aut propter errorem aegri, vel medici. ^g Finiant febres pituitosas vomitus, & alui excrementa, pituitosa. ^h Quauis magis per abscessum, quam excrementa pituitosa iudicentur. ⁱ Accessio ergo in quotidianis prorogatur. Neq; intermissionis tempus adeo sincerum est, sicuti in tertiana, imo semper remanet putrefactionis indicium. Festinatq; secundæ accessionis inuasio. ^k Propter humiditatem enim phlegma citius & facilius recipit putrefactionem, & longiores accessiones facit. ^l Et propter eandem phlegmatis humiditatem quotidianæ caliditas humidior est, sed cum quadam acrimonia: non enim cū protinus manus admouetur, sentitur, sed per moram. Acrimonia enim & mordacitas adeo paulatim & inæqualiter aduenit, vt per cribrum calor acris colari videatur: est enim in ea multa fumosa caliditas cum multo vapore, & minor sitis quam in alijs febribus. Et tātum eam in siti excedit quartana, quantum quartanam tertiana. Et quotidianarum pulsus multò minores sunt pulsibus quartanarum: quā istarum pulsus pulsibus tertianarum. Et tanto rariore sunt pulsus in quotidianis, ijs qui in tertianis, quanto pulsus quartanarum rariore sunt pulsibus quotidianarum. Tarditas vero in vtrif

Gal. 2. dif. f. c. iij. col. 139

Gal. 3. prognos. c. vj. tx. 25.

Gal. 3. cr. c. iij. c. 556.

Gal. 4. ratio. vi. tx. 17. in princ.

Gal. 2. dif. f. c. iij.

Auēz. l. 3. t. 1. c. 3

Gal. I. ar. c. c. vij.
c. 373. & 2. dif.
f. c. ix. col. 151. in
fi.

n

Auerr. 4. col. c.
30.

o

Gal. 2. cris. c. v.

p

Gal. 2. pr. a. sig. ex
pl. c. ix. col. 435

q

Gal. I. de tipis. c. iij

quæ eodem modo se habet. ^m Alius pulsus quartanæ minor
rem afferit, quam quotidianæ. Illud tamen limat in prin-
cipio accessionis. In reliquis vero temporibus maior est pul-
sus quartanæ pulsus quotidianæ: quare calor in quartana ma-
gis manifestatur, & febris fortior fit. ^o Nequæ in quotidiana
vllus ordo aut æqualitas pulsibus adest, cum primum acces-
siones fiunt, nec rigores fiunt, sed progressu temporis. Per
frigerationes potius. Nequæ in augmento pulsus habet magni-
tudinem, velocitatem, & vehementiam: quæ omnia testia-
nis ad fiunt. Nequæ hæ febres ægros deurunt: nequæ corpora &
pallia iactare coguntur, nequæ multum aut frequenter respi-
rare, ac veluti flammam ex ore efflare. Imo cum februnt,
nequæ sitiunt, nequæ in primis diebus sudant: sed procedente
tempore. ^o Habent etiam febres quotidianæ pulsus vndo-
sum: ex phlegmate nanquæ mollescat arteria, ex quo cum
facultate non valida pulsus vndosus fit. ^p Comitatur typum
quotidianum habitus humiditas, vomitus pituitosus, totius
corporis grauitas, somnus representans carum, cataphorâ
quæ, facies subliuida, flaccida, mollicula, & quæ multum hu-
moris prauitatem ostendit. Et si morbus prolongetur tre-
mulæ cataphoræ litargum referentes, thoracis fluxiones, &
quæ inter cutem, suffusiones: quæ præcipue ex stomacho
male affecto fiunt. ^q Et hæ febres sunt multi rotis per cutem,
ratione humiditatis & pauci sudoris: propter humoris visci-
ditatem. Et in ea quæ est ex phlegmate vitreo & acetoso,
frigus multiplicatur, & in vitreo est vehemētior. Nequæ frigus
fit subito, imo paulatim: & quandoquæ p miscetur frigori hor-
ror. Fit ergo frigus, propter illud quod non putruit, & horror
propter illud quod iam putruit. Et hæc febris non est ex hu-
more qui faciat punctiōem: quia expellitur, & putrefit res
lenis. Et incipit cum grauitate, & profunditate somni:
& multoties incipit sine frigore. In ea vero quæ ex phleg-
ma-

mate falso, ad est horror, & nō adest vehemens frigus. Et sal
 sedinis ratione fit maior sitis: quādo ex phlegmate dulci nō
 accidit frigus, nisi post lures accessiones, neq; horror, neq;
 rigor, & multoties accidit caliditati eius, ut sit per horā vnā
 aut duas: & existimatur, quōd iā peruenit ad statum, cum ad
 huc sit in augmento. Imo plerūq; rger in ea calescit, & iterū
 in frigidatur, & postea calescit. Calefactio enim in hac
 febre cum prolixitate & labore accidit. Significabitur autē
 phlegma acetosum in parua siti & ventris constipatione,
 & erit grauis in eo, & in stomacho, & accessio longa. Sal-
 sum etiam phlegma significabit venter solutus, & pūctio &
 dolor in eo, & in stomacho. Et calor erit intensior & acces-
 sio breuior. Habet quotidiana febris diuicium in incremē-
 tū, & acri color est albus. Alius ex aluo & pallido mixtum
 colorē ex ea resultare affirmat. Et urinas albas tenues esse
 vel crassas turbulentas & rubeas. Sunt enim albæ subtiles
 propter humorū oppilantium multitudinē, deinde sūt ru-
 bę ppter phlegmatis putredinē, & sūt turbidę ppter dige-
 stionis maliciā. Et quādo resoluitur subtile putridū, & rema-
 net crassū, sit rubea, vltq; quo redeat ad oppilationes. Color æ-
 gri declinat ad viriditatem & citrinitatem curretes in albedinē,
 propter illud quod ex aggregato resultat sicut color plūbi.
 Et quem admodū in quartana splen afficitur, in tertiana ieu-
 cur, ita raro contingit quotidiana febris, quin os ventriculi
 afficiatur. In ea enim os ventriculi inuiscatur phlegmate
 quare debilitatur: quo debilitato, amplius ex phlegmate ge-
 neratur. Propter quod cauēda est in hac febre aqua frigi-
 da semper. Quia humorē in crassat, & cōgelat. Vnde pro-
 potu accipiat ptilanā eū radicib; apij & anethi decoctā. Et
 hæc febris ducit ad hidropisim. Ex quo remanet rger in pe-
 riculo grauissimo. c

SCHOLIA.

F f 2 Gale

Aui. f. 1. 4. t. 2. c. 47.

Rasi. 10. alman. c. 7 in princ.

Isaac. 3. practi. c. 32-33.

Pall. li. 2. c. 24.

Orius. sinops. 6. c. 14.

Aui. f. 1. 4. t. 2. c. 47. col. 2.

Gal. I. ar. eu. c. v.

Haliab. 3. practi. 15. col. 2.

Isaac. l. feb. par. 5. c. 10. col. 2.

Auz. l. 3. t. 1. c. 3

GALENVS primo de arte curatiua ad glauconem. c. 7. quotidianarū pulsus minores esse affirmat pulsibus quartanarum. Videtur tamen contrarium asserere. 2. de crisi. c. 3. colu. 118. loquens de pulsu quartanarum, hæc verba profert. Hæ enim paruos, debiles, tardos, & raros adeo pulsus faciunt in inuasiōibus, sicuti nulla alia est affectio. Circa quod magna est inter doctores orra discordia. Avic. nanq; .f. 1. 4. c. 2. c. 47. de signis phlegmaticæ periodicæ asserit, quod in ea frequentia & paruitas pulsus vehementior est, quam frequentia quartanæ, & tertianæ, & earum paruitas. Eandem sententiā asserit Aliab. 8. theoricæ. c. 15. inquit est autem his pulsus minor pulsu quartanæ. Huius tamē contrarium expresse tenet Auerrous. quarto. colliget. c. 30. De signis febris quartanæ dicens & pulsus istius febris est tardus, rarus, & paruus plus quam sit in phlegmatica. Rationes etiam inter se militant, sicuti authores. Videtur enim phlegma ratione suæ multitudinis, frigiditatis, & visciditatis, virtutem aggravando; & opprimendo, minorem debere efficere pulsus in quotidiana: videtur etiam minorem pulsus facere in quartana, frigiditas melancholiæ cum siccitate: quæ ipsam actiuorem reddit, & cum visciditate terrea in melancholia existenti. Ad eò ergo perplexos reddit scribentes hæc quæstio, vt asserant ad libitum posse teneri vna vel altera opinio. Neq; enim ratione, neq; experientia vna opinio alteram excludere, neq; convincere potest. Sed salua tantorum virorum pace, iudicio meo omnia supra dicta possunt concordari ex dictis Auerro. 4. colliget. c. 30. vbi postquam dixit pulsus quartanæ minorem esse pulsu quotidiana expōnens se inquit. Hoc dico in principio accessionis, in augmento autem minor pulsus est in phlegmatica, quia calor in quartana magis manifestatur, & febris fortior existit. Qua distinctione faciliter concordatur Galenus cū Galieno.

Ieno. Quando enim Galenus secundo de crisi. Afferit pulsum quartanæ minorem esse quam in aliqua alia febre, cū limitatione illud afferit, in inuasionibus scilicet. Quādo vero. i. de arte cura. c. 7. afferit pulsum quotidianæ minorem pulsu quartanæ intelligendus est in reliquis ab inuasionē tōporibus. Et sic veniunt concordandi Auicena, & Aliabbas cum Auerro. Circa raritatem vel frequentiam pulsus quotidianæ, respectu raritatis vel frequentæ pulsus tertianæ & quartanæ, Galenus & Auicena dissentiunt. Galenus namq̄ primo de arte curatiua. cap. 7. afferit, pulsum quotidianæ tanto rariorem esse pulsu tertianæ, quanto rarior est pulsu quartanæ, pulsu tertianæ. Auicena vero. f. i. 4. r. 2. c. 47. loquens de febre quotidiana, hæc afferit verba. Pulsus vero eius est, pulsu paruus, submersus, debilis, rarus in primis, de inde fit frequens in fine: Et frequentia quidem eius & eius paruitas vehementior est, quam frequentia tertianæ & quartanæ: & vehementia frequentæ eius est, proter vehemētiā paruitatis eius. Ex quo vltimo Auicenæ dicto, aliud dubium emergit: quomodo scilicet est possibile in quotidiana, in qua calor ob frigiditatem humoris qui putrefit, remissus est, pulsum frequentiorē esse, pulsu tertianæ, in qua intensior calor est, ob humoris, qui putrefit, caliditatem & subtilitatem, cum frequentia à necessitate caloris procedat. Omisiss tamen scribentium imaginationibus, ad primum responderetur dubium: æquiuoce Galenum & Auicenam loquos fuisse, vt littera Auicenæ expresse declarat. Quando enim loco allegato Galenus affirmat pulsum quotidianæ rariorē esse pulsu tertianæ, est intelligēdus in acesionis principio. Tūc enim virtus est a phlegmatis frigiditate multum suffocata, & hoc idem fatetur Auicena. Quando autem afferit quod pulsu quotidianæ frequentior est pulsu tertianæ, intelligendus est in febris statu, vbi phlegmatis iam putrentis

adeo calor increuit, vt pulsus frequentia maxime crescat. Quod necessario fateretur Galenus, si pulsum quotidianæ in hoc tempore considerasset. Ad secundum vero dubium gentilis, quem etiam refert Herculianus, dupliciter respondet. Vno modo Auicennæ litterâ corruptam esse, & debere legi & eius paruitas vehementior est, quam paruitas tertianæ, nihil legendo defrequentia. Secundo respondet, textû Auicennæ saluando, vt intelligatur quod in aliqua parte quotidianæ putata in principio accessions, pulsus sit frequentior, quam in tertiana: quod fiet quia incipit cum syncope, in quo casu multa paruitas pulsus maiorem frequentiam faceret, quam in tertiana fiat. Inepte tamen gentilis hunc textum saluat, si destruit textum immediate præcedentem. Vbi Auicenna asserit pulsum quotidianæ in principio accessions tardum esse, in fine vero frequentem. Vnde melius erit eiuſdem Auicennæ Verbis dubio satisfacere. Ipse enim paulo inferius dicit. Causam maioris frequentie pulsus quotidianæ esse maiorem paruitatem. Quasi dicat: quod cum post principium febris calor increſcit, & pulsus paruus sit, necessarium est hanc pulsus paruitatem, quæ maior est quam in quartana & tertiana, maiori frequentia suppleri. Neq; obſtabit quod tertianæ calor intensioris gradus sit, quæ quotidianæ. Nam cum in illi paruitate pulsus, & minori gradu caloris, potest pulsus frequentior fieri, quam cum maiori pulſu, & maiori gradu caloris. Vt videmus feminarum pulsus frequentiores esse pulsibus virorû, vt ipse met Gentilis subtiliter considerauit. Febres typhodes & elodes inter phlegmaticas computari debent, cum sint extreme humidæ. Vnde necesse est, a tenui & aquosa pituita procedere. Et ad phlegmaticas eas reducunt arabes. Vt Hieronymus Motous refert. Et ex hac summa phlegmaticarum febrium sunt febres

bres lethargicæ quæ ex pituitoso sunt humore in cerebro,
 ut asserit Galenus aphorismorum . 3.
 aphorismo. 31.

DE CVRA FEBRIS QVO- TIDIANAE.

Caput. III.

QUOTIDIANA intermittens longa est, & non
 sine periculo. Quare nisi grãdiori cibo hominem re-
 ficias, eum cum morbo simul perimes, aut cum periculo vi-
 ctum mutabis: cogeris enim illud in statu morbi augere. Ci-
 bus autem sit ad incipiendum efficax. ^a Unde à principio pul-
 la conceditur, quia status eius non est minor trium septi-
 manarũ. ^b Alius tri-duo magnopere abstinere iubet, die ve-
 ro sequenti cibare. Et si morbus inueterauerit, vino &
 baleo vitur, post febrem: & magis si horrore sublato hæc
 superest. ^c Nihil enim iuuantius in hac febre, quam fames
 & somnus super famem, & exercitium super famem. Et for-
 tasse primis tribus diebus sufficeret aqua ordei, si speratur
 quod status sit propinquus: aut æger non debilitatur. Non
 enim festinandum cum pullis cibare. Si enim status lon-
 ginquus fuerit, facile erit cibo ægro succurrere: & deinde
 ad horam status illud subtrahere. Subtiliatio enim in febre
 quotidiana est magis necessaria, quam in quartana. ^d Cibi
 autem humidi non sint, nequè phlegma generantes, sicut
 lac pisces & similes. Conceduntur vix passæ, albæ, ponti-
 cæ. ^e Nutriendus etiam æger oleo abluto aceto, cum sac-
 charo, & paucamentha. Et vtatur salis, & radicibus siclæ,
 & oleribus huic similibus. Quod si virtus debilis fuerit, detur
 pulli assati & in patella præparati, & nõ detur ius, nequè mica,
 nequè

^a
 Ga. I. ar. eu. c. viij
 col. 354.

^b
 Au. 7. col. c. 13

^c
 Celsus. l. 3. c. 14.

^d
 Au. f. 1. 4. t. 2. e.
 55. col. I

^e
 Hs. lib. 3. præf.
 c. 5. in fine.

f
Raf. Io. Alm. c. 7

neq; vntuosa, neq; aqua frigida. Quæ nisi fiant, febris hæc fiet longissima. Post digestionem vero humoris vtere vino pauco subtili: quod cõfortat calorem, & vrinam prouocat, & sudare facit, & mensura somni sit æqualis vigiliæ: vt per somnum procuretur digestio, & per vigiliam humorum resolutio. Omnes ergo quotidianæ febres ex quibuscunque speciebus phlegmatis communicant in necessitate lenificationis, & vomitus, & administratione subtiliantium, & incidentium diureticorum: inter quæ vomitus est vltimus in iu-

g
Aui. f. I. 4. t. 2. c.
55. col. 4.

h
Gal. I. art. cur. c.
xij.

uamento, quauis per ipsum stomachus debilitetur. Utendū ergo oximeli post primos dies & diureticis, & circa statum habenda est de ventriculo sollicitudo: præsertim de eioro. Et iubendum deinceps, vt post radices & cibos euomât, & vtendum pharmaco aluum subducente. Alius in administratione subtiliantium his contradicit, dicens maiori distinctione loqui oportere: cū inter phlegmata ex quibus quotidianæ fiunt, differentia maxima sit. Acidum namq; & vitreum cum frigida sint & crassa, attenuantibus indigebunt. Salsum vero minime: hanc enim attenuationem ipsum sibi præstare potest: cum calidum sit & siccum. Calor autē eius manifestatur, cum intestina rodat, & adeo ingentissima tormenta inferat. quauis enim appareat humidum, constat potentia siccum esse, sicuti aqua marina. Quod si calida phlegmati falso adhiberētur, potius in crassarent, quam attenuarent. Ita enim experientia monstrat in sale nitro, & iure salso: ab igne enim crassiora redduntur. Qua propter si in febre quotidiana phlegma salsum sit, aut quid colericum admixtum habeat, non oportet calefacientia & attenuantia adhibere, Maxime si ægri temperatura calida sit. Alius vomitum negat, nisi sponte & faciliter euomant. Quod signū et c. bonum, significat enim lenitatem humoris, eiusq; facilitatem. Quod si sponte non vomant, non cogantur id face-

re,

Gal. I. c. 7.
777-778

re, saltē in initio morbi: significatur enim crassities humo-
ris. Quod si cogimus cum vomere, no cumentum stomacho
faciemus: & cum ex febris conditione stomacho patiatur,
afflicto afflictionem dabim9. Quod si vomitus adeo augea-
tur, vt virtus sufferre nequeat ipsum, accipiat hanc decoctio-
nē. Thuris masticis ligni aloes, ana, drach. i. ciperi. drach. i.
& semis cardamomi, & mentæ siccæ. ana, drach. ij. & semis
malorum granatorum vnc. i. omnia coquātur in trib9 libris
aquæ, & dabis potui paulatim. Aut. R. spicæ, masticis, Galan-
gæ, anisi, ligni aloes, ana drach. ij. puluerizentur, & detur dra-
ch. j. & semis cum vino albo odorifero. Et si frigus in acces-
sione ingens sit, vngatur cū oleo, in quo ebullierit pyrethru,
staphisagria, piper, calamentum. Neq; ante septimum diem
vomitus procurandus: ne labor in vomendo in morbi prin-
cipio, stomachum inflammet. Post septimum vero iuuati-
uus est valde. & si videris urinā crassiore & rubicundio-
rem mitte sanguinem: non tamen in principio vtendū em-
brocis, aut vnguentis resolutiuis: apparētibus vero signis co-
ctionis vnguenta resolutiua ipsam coctionem complent.
Et sunt in hac febre conuenientiora, quam in aliqua alia. Si
tamen in principio humorum copia superat, metus est ne
visceribus incalescentibus, ex embrocis aut vnguētis con-
fluxus quidam ad partes affectas decubat, & eas in flāmet.
Visum est enim ob præcipitem fomentorum vsum, aut vn-
guētorum, in illis partibus inflammationes fieri, quæ nõ fie-
rent. Imo medicus sit sollicitus indigerēdo humorem, ipsū
subtiliando, & incidendo. Hoc autem fiat cum sirupo ace-
toso composito: qui cum hac decoctione sumatur. R. radi-
cis lirii, & radice feniculi, ana, drach. ij. semina melonis &
foliorum Polij montani, ana, pug. j. centaureæ minoris gra-
na. 20. liquiritiæ mundatæ ad pōdus omnium. Conquassan-
tur conquassanda & cum vnc. 10. aquæ bulliant ad consum-

G g ptio-

K
Isaac. l. feb. part
5. c. 10.

l
Aui. f. l. 4. t. 2. c.
55. col. 3. in fine.

m
Tral. l. 12. c. 7.
p. 8. 761. 762.

ⁿ
Auer. l. 3. t. 1. c. 3

ptior. em tertia partis, & coctio misceatur dicto sirupo. Alius in febre quotidiana digestium mediocre esse iubet, & mediocri calore attenuans: nam si multum calidum sit, humorum phlegmaticum magis dilatabit, & augetur, & disponet, ut magis accipiat de calore accidentali per accessione, & ob eadem causam digerentia subtiliantia & incidetia non dentur, nisi post tres aut quatuor dies. Bene tamen in principio accessionis dabitur aqua calida, quoniam sedat frigus, & aliquantulum subtiliat humorem, & iuuat in resolutione. Et si in febre quotidiana & alijs aegritudinibus chronicis insistantur pedes & manus, non detur sirupus acetosus: quoniam faciet cadere in hidropem. Et quidam medici eo videntes, multos occiderunt. Et in febribus phlegmaticis quae non recipiunt digestionem, in quibus facies & venter tumescunt, & colores agrorum plumbei sunt, dabis aquam mellis cum Issopo, & liquoritia. Et curabitur cum frictione & somno, dimidium temporis frictioni, & medium somno dando. Aqua autem ordei vitanda in hoc casu, quia nocet stomacho, & facit horripilationem. Nisi cum ea fuerit parum masticeis & piperis. Et in phlegmate falso & dulci lenificatio ventris, sit cum medicina leni aequaliter frigida. In acetoso vero & vitreo, cum medicina magis laboriosa. Et in dulci & falso indigemus incisione cum subtiliantibus, in quibus non est calefactio plurima. Et in acetoso & vitreo necessarium est, quod subtiliet, cum incisione & calefactione cum acuitate: & proprie quando phlegma permiscetur cum melancholia. Tunc enim utendum diacimino & confectione de sulphure. Quaeuis in principio vtiliores medicinae sunt lenes usque ad septimum: sicut mel rosaceum cum aqua endiuiae, aut apij. Et sirupus acetosus, & aqua mellis cum Issopo: quoniam digerit, & soluit. Et multi dant pillulas masticeas bis in hebdomada: sed melius est lenificationem facere cum praedictis, & ali-

^o
Serapio. Tr. dist.
6. c. 14.

^p
Auer. 7. col. c. 13
col. 2.

& aliquid euacuare: & differatur euacuatio residui, donec humor digeratur. Et displicet euacuare cum tamarindis & aqua prunorum, quia euacuant subtile, & debilitant stomachum. ^q Alius has medicinas & similes vituperat, quia frigide sunt. Valent etiam quando phlegma permiscetur cum melancholia, trochisci de absinthio cum aqua de radicibus. Et confectio de caulibus & theriaca. Si autem phlegma permiscetur colerae, tunc caue a calefacientibus. ^r Et magis studendum in febre quotidiana in subtiliando humore, & oppilationes aperiendo, quam in infrigidando, & humectando. Quod fiet cum sirupis praedictis & decoctione ciceris & liquiritiae, ut ciceris remoueat siccatas: addendo huic decoctioni aliquid ex spica, & mastice pro stomachi nocumento vitando. Et digestionem facta, melius medicamen euacuans est turbit. ^s Qui a proprietate habet expellere humiditates in ore ventriculi contentas: & agaticus, qui etiam aperit oppilationes, & eradicat humorem crassum. Refrangatur autem siccatas eorum cum oleo amigdalorum dulcium. Et si ex hiera aliquid addideris, non errabis. ^t Aut euacuetur assidue cum pillulis de aloë. Pillule autem quae in hac febre profunt, & caput & stomachum respiciunt, sunt hiera picrae, drach. 7. turbit drach. 10. mirobalanorum nigrorum, drach. 5. trochiscorum de rosas, drach. 4. eupatorij, drach. 5. salis indi & anisana, drach. 1. terantur, & cribulentur, & cum aqua apij ebullita & colata conficiantur, & drach. 1. sumatur. Iuuat etiam haec decoctio in febre antiqua & phlegmatica: radicis apij, feniculi, & lirii, ana. drach. 10. mastice, drach. 2. eupatorij, rosarum, & absinthij, ana. drach. 7. p. tularum, drach. 20. decoquantur induab9 libris aquae, donec remaneat libra & coletur: & deturex ea tertia pars librae vni9, cum vnc. 1. infusionis rosarum cum saccharo. Aut vtere hoc laxatiuo: turbit, agarici, ana. drach. 1. salis indi, drach. semis: terantur omnia simul, & distemperentur: & distemperata siccen

⁹
Aui. f. 1. 4. t. 2. c.
55. post princ.

^r
Serap. tract. 6. c.
14.

^f
Aucr. 7. col. c. 13

^t
Serap. tract. 6. c.
1.

v
Haliib. 3. pract.
c. 15. col. I.

ficcetur in umbra, & sumo diluculo fiat potus in aqua calida cum paucis sale in qua decoctum sit anethum. Quod si euacuationem negligimus, timendum est ne humor increassetur, aut induretur, ex multiplicatione calidorum incidentium desiccatum. Putantibus enim quod subtilior efficiatur, crassior fit, hæc est enim phlegmatis natura, quod antiquitate adeo increassatur & terrestre fit, ut nullis medicamentis obediat, neque euacuari possit. Neque distidas purgare ex cruditate urinae. Cum enim plerumque contingat, humorem euacuari, aut per vomitum, aut per urinam, aut per ventrem urinae non habent sedimentum. Cum ergo noueris ipsum attenuari, & ad excretionem moueri, & de loco ad locum transire, tunc purga. Neque soli urinae animum adhibeas, neque simul sed per interualla purga. * Possibile est etiam urinam esse crudam, ex cibi & potus inordinatione. Vnde urinae non attendas, neque euacuationem omittas propter urinam, sed purga. Et si phlegma fuerit acetosum, illud euacua cum pillulis masticeis paulatim. Sic enim faciendum est in humore crasso & graui. Quod si virtus fuerit debilis a medicamine purgati abstinence: & utere medicamine urinam cienti, sicuti trochiscis de rosis, aut de berberis, aut oximeli cum succo vel decoctione maratri, scarolæ, scolopendriæ, à meos. Si autem quotidiana sit ex phlegmate falso, euacuandum cum mirobalanis citrinis, & quebulis, absinthio, cupatorio cassia fistola, manna, & pillulis de hypera. Quod si febris nimis prolongetur, dentur hi trochisci. R. pulueris rosarum. drach. 10. succi cupatorij. drach. 6. succi absinthij. drach. iij. masticeis, drach. i. & semis, spicæ, assari, floris squinanthi anisi, ana. drach. i. formentur trochisci, quorum quilibet sit drachmarum iij. ex quibus detur vnus cum vnc. iij. huius apozimatis. R. corticum radice apij, & radice feniculi. ana. vnc. i. seminis apij, feniculi, ameos, cuscute, anethi ana. drach. 5. decoquantur in libra. i. aquæ & cum vnc.

x
Tract. l. 12. c. 7.
pag. 759. 760.

y
Isaac. l. feb. c. 10.
col. I.

z
Isaac. 3. pract. c.
32.

iij. huius decoctionis miscetur, vnc. ij. sirupi acetosi. ^a Et si
 in pedibus aut manibus accidat tumor, seu inflatio, dentur
 hi trochisci. R. Anisi, & aloes, ana. drach. 4. folij, assari, & ab-
 sinthij, spicæ aromaticæ, & amigdalorum ex corticarum, suc-
 ci cupatorij, ana, drac. iij. seminis apij, & masticis, ana, drach.
 i. terantur & cribentur & fiant trochisci, & dentur cum a-
 qua apij aut sirupo acetoso. ^b Et sine necessitate viget poterit
 dari diacurcuma, diacostum, & dialaca. Balneum autem est ^c
 maximi nocuenti, nisi post declinationem. ^c Et rora su-
 per ægros aquas calefacientes & subtiliantes, sicuti aquam
 in qua decocta sit camomilla. ^d Quotidianam continuam si
 quis sit exercitatus, prima die cognoscat. Solum enim dif-
 fert ab intermittenti, quod humor facies continuam, intra
 venas putrescit, & neq; horror, neq; sudor, neq; vomitus in-
 ea fit. In reliquis comparat sunt & in duratione. Quamvis e-
 nim quotidiana continua affligat continue, quotidie fit in
 ea aliqua sensibilis remissio. ^e Dicitur hæc febris latica, &
 est multum similis hectica. Cuius cura est cura quotidianæ
 intermittens: excepto quod subtiliantia & digerentia de-
 bent esse faciliora. ^f Et quamvis in continua & intermit-
 tenti quotidianis humor idem sit, puta phlegma, inconti-
 nua est quantitate maior, & qualitate deterior:
 propter quod est magis periculosa, &
 cura maiorem curam desi-
 derat. ^g

^a Raf. 10. alm. c. 7
^b Serap. trac. 6. c.
^c 14.
^d Ani. f. 1. 4. t. 2. c.
^e 55. col. 6.
^f Haliab. 3. pract.
^g c. 15.
^h Ga. 2. cris. c. vj.
ⁱ Ani. f. 1. 4. t. 2. c.
^j 56. c. 48.

Raf. 10. alm. c. 9.

SCHOLIA.

IN QVOTIDIANA febre aliqui à cibo abstinere iu-
 bent aut saltim illum plurimum subtiliare: cum ab humo-
 re crasso & viscido procedat. Alij illico pullam concedunt:
 Gg 3 rimé

timentes ne ob status distāriam virtus debilis fiat. Alij vero
 in principio cibum attenuāt, & paucis dieb; transactis illum
 increasant: quod cōmodius & rationabilius fit. Sic enim cru-
 ditates quæ in stomacho, & primis venis sunt, aut cōcoquen-
 tur, aut resoluētur. Et causa febris (quæ crassa & vitiosa est)
 attenuabitur, & digeretur. Neq; tūc timendū virtutē debilē
 aut insufficientem effici: imo sufficientior fit, cum ab humo-
 re qui ipsam à principio suffocabat, deagrauetur. Quo dieta
 processu vsus fuit Paulus e Gineta. libr. 3. c. 18. pag. 137. & 138
 in curando paralysim: iubet enim in principio cibum subtra-
 here, & tantum vti sorbitionibus: transactis vero quatuor de-
 cim diebus solidioribus vti cibis. Quam etiā cibi abstinentiā
 consultit Oriuasius, in curatione quartanæ: vbi eadem mili-
 tat ratio, quæ in quotidianæ medela, synopsis. 6. c. 13. eius e-
 nim verba sunt. Si æger in morbi principio sit, tenuiori victu
 alēdus est. Et eandē ad literā sententiā tenet Auicēn. f. 1. 4.
 tra. 2. c. 55. de cura phlegmaticæ col. 1. cuius verba sunt, secū-
 dum bellunensis emendā. Verū cura cōueniēs eget, vt subri-
 lietur regimen imptimis: Si autē status apparet longinquus,
 possibile est, vt succurratur illi, cum increassatione regimi-
 nis, deinde gradetur vsq; ad horā status. Et Galen; libro de
 attenuante dieta, c. 1. in princ. in longis morbis attenuantē
 cibū ad eō proficere asserit, vt solo eo, sine vllō alio medica-
 mēto subleuari fuerint. Sicuti in artritide, dysphnea, seu spi-
 rādi difficultate. Auicēnā etiā in podagra, (qui etiam mor-
 bus longus est) in principio à carne abstinere iubet. 22. 3. t. 2.
 c. 7. in fine, & idē Auicē. 14. tertij. tract. 4. c. 13. de cura asclitris,
 iubet in principio cibū minui, quātū est possibile, quāuis ei9
 status lōginquus sit. Isaac. etiā, lib. febriū. part. 5. c. 14. in quar-
 tana (qui morbus lōgus est) per tres hebdomadas primas à
 carnibus abstinere iubet: imo per quadraginta dies, si virtus
 cōstat, neq; humor coct9 apparet. Neq; obid corrūit Hippo-
 cra-

gratis sententia apho. 4. primæ sectionis. Videlicet victus tenuis, atq; exquilitus in morbis quidē longis periculose: imo perpetuo vera est. Intelligitur enim, quādo ex tali victu virtus debilis fit, neq; ad statū potens permanere, imo in morbis longis per cibi subtractionem in principio, virtus deaggrauatur: quod si debilis fiat, illico ei succurrendo fortior fiet, vt in statu possit cibo iterum diminuto, ad causam morbi concoquendā, seu iudicandam conuerti. Ex quo clare cōstat gentile & Iacobum de partibus fen. 2. 3. c. 4. vt Auicena saluent, dicentem in paralisi, quanuis morbus longus sit, cibum subtrahi debere vsq; ad decimum quartum diem, perperam intellexisse dictum aphorismum: afferentes non habere verum in morbis, quorum causæ solent paulatim fini-ri, aut resolui, qualis est paralis: sed in illis, qui causā seruat ad vnam criticam expulsionē: cū aphorismus semper sit verus in omni morbo, tã qui per resolutionem, quam qui per crifim terminatur. Vt clare colligitur ex Hippo. 1. de morb. vulg. comen. 3. c. 11. generaliter loquēti de omni morbo, iubet cibum offerendum esse, ex status consideratione. Vbi Galenus in comento ait: siquidem morbi vigor ē inspicientibus, est victus nobis ineunda ratio. Cura febris quotidianæ, sicuti omniū putridarū febrium in extinctione caloris, & humoris vacuatione consistit. Quia tamen in hac febre calor est minor, quā sit causā febris, oportet amplius humoris phlegmatici euacuationē sollicitare, quā caloris extinctio nē, & in principio vniversali morbi subtiliāda est cibatio vsq; ad quintū diē vt per ieiuniū phlegma subtilietur, & resoluaatur. Quod secundum Sauonarolā. c. 14. rubri. 2. fallentiā habet in quotidiana a phlegmate falso: in reliquis autē cōsultat à fortiter infrigidatib9 esse abstinēdū. Talia enim humorē incrassādo, morbū dilatabūt: & fortasse pducēt agrū ad subbet vel stuporē: vt notat Anto. d. grad. t. d. febr. c. 12. humoris
autem

autem euacuationem Auicē. f. 1. 4. tract. 2. c. 55. timet per medicinas multum lenientes, aut humidas fieri. Eius enim verba sunt: & abhorreo aquam prunorum, & tamarindorum, & similia: quia debilitant stomachum, & soluent subtilē: vbi Iacobus de partibus per similia intelligit, cauendum etiā esse acasia, mānā: quia simili modo stomachum debilitat, & relaxant. Saouarola tamen mannā & casiam cōcedit. Inquit enim, aquam prunorum & tamarindorum phlegmata quæ hanc febrem causant, non respicere: quæ respiciunt mannā & casia. In quo Saouarolæ potius quam Iacobo assentio. Manna enim, & casia quanuis leniant, neq; infrigidabunt, neq; inspissabunt, sicuti aqua prunorum & tamarindorum. Et eadem ratione Auicena, quanuis aquam ordei concedat pro primis tribus diebus, intelligi debet, cum femine apij, aut anisi decocta: secundum eundem Auicē. 2. c. a nonē. c. 538. vbi quia stomacho nocet, talia semina miscet. Et maxime in febribus frigidis, qualis est quotidiana. Ante ergo quam humor exquisitus sit coctus, aliquater coctione præmissa, cum melle rosaceo & sirupo acetoso simplici, ana, vnc. i. & aquæ feniculi, vnc. iij. minorando tantū fiat euacuatio: vt medicus partim concoquendo, Partim euacuando procedat, hęc potione propinās. R. mellis rosati colati Alexandrini, vnc. iij. agarici trochiscati in infusione, drach. i. & semis electuarij diaphenicō, drach. iij. in decoctione polyodij & florū borraginis fiat pot. Et multi vt refert Auicena, in principio dant pillulas masticanas bis in hebdomada: aut quocūq; nocte medicinam de turbit. Quod gentilis propter Rasium dictum credit. Ipse enim. Rasi. decimo Almanforis. cap. 7. aureum vnum medicaminis turbit quaque nocte dari iubet. Nisi venter à natura bis aut amplius, die ac noctu soluat: quod est tale. Turbit fricati & cribilati, drach. 10. masticis, zinziberis, ana, drach. i. sacchari ad pondus omnium.

nium. Ipse tamen Auicena, quanuis magis diligit digestio-
nem sperare, iubet in principio aliquid euacuari, & in resi-
duo coctionem expectari. In processu vero humore prius di-
gesto digestio fortiori: vt sirupo acetoso de radicibus cum
aqua feniculi, aut sirupo de bizantijs cum aqua cupatorij,
aut absinthij: aut cum hac decoctione seu apozimate. R. flo-
rum borraginis epithymi liquiritiæ, ana pugilos. 2. eringij &
feniculi, ana pugil. 1. anisi, & radicem apij, ana pugil. 4. pas-
fularum enucleatarum pug. 3. terantur hæc parum, & bulliât
in noué libris aquæ, donec ad. 4. redeant, colentur forti ex-
pressione, & colaturæ addatur sacchari rubri vnc. 6. de quo
omni die. vnc. 8. sumat. Post quod fortiori laxatio euacuã
dum sicuti pillulis de agarico, aut cum hac potione. R. agari-
ci. drach. 1. turbit, drach. semis, spicæ, salis gemmæ, ana g. 4.
zinziberis. g. 10. infundantur in aqua mellis, & colatura &
expressione facta, adde pulpæ cassiæ & mannæ, vnc semis.
Et quarta hebdomada transacta trochiscos de rosis cum a-
qua ciceris concedit Auerrous. 7. coliget. c. 13. alegâs Rasîû.
10. Almanfortis eoq; cum morbus longus sit, debilia effi-
cit stomachû & hepar, & præseruabunt ægrum ab hidrope
Haliab. autem. 3. præc. c. 15. theriacâ diebus interpelatis dat.
Præstat etiam in hac febre, quia frigus magnam ægro mole-
stiam ingerit, hoc vnguento vertebrae illinire. R. olei camo-
millini anethini & rutæ. ana. vnc. ij. euforbij. drach. semis
castorei drach. 1. sagapeni. drach. 1. & semis, ceræ quod
sufficiat. Et ante quam vnctio fiat, vertebrae
dorsi aqua ardenti irrorata.

DE FEBRIS HEPHALAE CAU- SIS SIGNIS ET CVRA.

Caput. IIII.

HL SIACI-

SI ACIDA ac vitrea pituita per sentientes partes defe-
 ratur, & nō putrescat, rigores sine febre facit. Si vero ve-
 hementer putrescat, rigorem in principio: postea superata
 frigiditate per putrefactionem, febris sequitur, rigor autem
 deficit. Si vero modice putrescat, & non secundum omnes
 suas partes: quod ex pituita putrescit, febrē facit, quod ve-
 ro non putrescit, rigorem. Quod quando fit, in eodem tem-
 pore & in eadem particula febris hepiala nuncupatur. ^a Di-
 citur autem hepiala per metaphoram ex mari sumptā. Quē
 admodum enim mare molestum & difficile fit, cum a vētis
 turbatur, & cōmouetur: acidæ seu vitreæ pituitæ simile cō-
 tingit: quando ad extra venas cōmouetur, & putrescit. Per
 quē motum cū vitrea pituita seu acida per totum corpus in
 minutissimas partes, per omnes particulas diffundatur, seu
 spargatur: quibus cunq; paruis particulis simul calor & fri-
 gus inest. Neq; aliquam particulam reperies, in qua vtrunq;
 non sentiatur. ^c Alius in quavis particula calorē & frigus sen-
 tiri negat. Imo exteriora calefcere, frigescere vero interio-
 ra. Quod sic fieri asserit. Cum supra dictum phlegma intus
 contentū, locū vbi est, in frigidet: & partes superficiēles pu-
 trescāt: vapores putridi ex eo resoluti eas calefaciūt, inte-
 rioribus frigidis manentibus. Causa autē propter quā phleg-
 ma illud ante putrefactionē locū vbi erat, nō in frigidabat,
 est: quia quietum & corpori assuetū erat, vnde ab eo nō pa-
 tiebatur. ^d Differt febris hepiala a quotidiana interpellata,
 quia totus humor in quotidiana interpellata putrescit. Vnde
 eius calor totū corpus occupat. Et quia vrina in hepiala cru-
 dissima est, & pulsus minor & debilior quam in quotidiana,
 & aliquādo miscetur cū phlegmate melancholia: vnde in-
 crassatur, & tardius facit accessionē: quia de quinto in quin-
 tū, & aliquando de septimo in septimū. ^e Vnde nō significa-
 tur super eam ex eius periodo: Imo ex eius accidentibus, &
 eius

^a
Ga. 2. dif. se. c. vj

^b
Paul. 2. c. 26.

^c
Ga. in. equa. intē.
c. xi. col. 168

^d
Aui. f. 1. 4. t. 2. c.
49.

^e
Isac. 1. feb. par.
c. 5. c. 15. in fi.

eius duratio aut sunt quatuor horæ, aut octo, & aliquando viginti quatuor: iuxta humoris quantitatē, fortitudinē, aut debilitatem virtutis, & anni tempus. Conuenit procipto in ea ius ciceris, asparagi, sicæ cum cumino, & oleo amigdalārū dulcium. Et cura febris hepialæ est cura quotidiana: excepto quo d maiora incidentia desiderat. ^e Taro enim calidioribus & magis incidentibus indiget: quanto phlegma hoc alijs frigidius est. Et quia in ea rigor ingens est, medicamentum ex duplici pipere confectum, aut mulla in qua piper & ruta sunt incocta, ante accessionem dabitur. ^h Et incipendum a medicinis leuiter calefacientibus, donec eis affluere. Deinde paulatim ad calidiores ascendendū. Et humor per vomitum & urinam purgetur, cum oximeli & aqua calida in qua cocta sint spica, anisum: & signis coctionis apparentibus purgetur cum apozimate de aloë & apozimate de hiera picra. Et pillulis stomaticis & scetidis: & post cibum accipiant diaciminum, diatrium pipereon, diacalamētum. Potus sit aqua calida, oximeli scillitico permixta. Et cum eadē vomitus prouocetur: si prius in ea decocta sint spica & anisum & injiciatur clysteriū ex decoctione seminis croci hortensis, centaureæ, anethi, abrotani, herbæ pollicariæ, ameos bdellij, terapini, coloquintida. Purgabitur etiam cum pillulis de aloë de hiera. At cum pillulis de eupatorio & clysteria acuta iuuant in ea. Et habeatur de stomacho cura. ^k Aut hoc medicamine purgetur. Agarici drach. 2. aloes hepatici drach. semis. terantur: & cribilētur, & adde xii. aloes & mastice ana parū propter stomachi debilitatē, & cum sirupo acetoso destemperata, summo diluculo sumantur. Et post quā illud laxauerit, die sequenti dabis trochiscos de rosis. Post quod omni die ipsum balnea: non tamen balneū prolonget, ne subtile humoris resoluatur, & crassum maneat. Et utatur subtili & temperata frictione per totum corpus.

Hh 2 Scolia.

f

Scrap. tract. 6. c.
17. col. I.

g

Acti. tetra. 2. f. l.
c. 87.

h

Pau. l. 2. c. 26.

i

Isaac. 3. pract. c.
36.

k

Aui. l. 4. c. 2. c.
57.

l

Haliab. 3. pract.
c. 18.

SCHOLIA.

ERRANT Toto cœlo arabes circa febris hepialæ naturam. Deceptus enim fuit Auicena f. 1. 4. t. 2. c. 49. Vbi asserit in febre hepiala frigus in interioribus, in exterioribus vero calorem sentiri: negans, in qualibet corporis parte frigus & calorem sentiri: quod clarius constat, quia paulo infra c. 51. aliam febris speciem narrat, in qua vtrunq; sentitur tam frigus quam calor, tam in interioribus quam in exterioribus. Quam febrem dicit causari, vbi duæ materiæ frigida ad putrefactionem mouentur: altera in interioribus, altera in exterioribus. Et vna quæq; earum vapores calidos per omnes corporis partes dispergit. Deceptus est etiam Isaac. lib. febrium particula. 5. ca. 15. asserens, quod febris hepiala est, in qua corporis interiora incéduntur, & exteriora infrigidantur. Quia eius humor est phlegma crassum, & vitreum, cuius quædam pars putrefit, quædam vero minime. Deceptus est etiam Serapio tractatu. 6. de febribus. cap. 17. vbi loquens de febre hepiala, dicit interius frigus facere, exterius vero calorem. Vera tamen sententia est, quod frigus & calor simul sentitur in omnibus corporis particulis. Vt asserit Galenus. 1. de differentijs febrium. c. 6. idem asserit Galenus. 2. de inæquali intemperie: vbi loquens de febre hepiala hæc verba facit. Vitrea seu acida pituita, si per totum corpus in minutissimas partes per omnes particulas diffundatur, quibuscunq; paruis particulis simul calor & frigus inest. Neq; aliquam particulam reperies, in qua vtrunq; non sentiatur. Idem asserit Paulus lib. 2. c. 26. vbi febrem hepialam insurgere dicit, quædo phlegma vitreum ex dimidio putrefit: cuius verba sunt. Particulæ enim humoris quæ non dum putrent, per omnes ve-
nas

nas toti corpori communicata, rigorem imprimunt, putrefacta vero humorem accedendo, febrem. Eandem sententiam tenet Aetius, tottab. 2. l. 1. c. 87. loquens de febre hepiala, inquit. In hac febre simul febricitant, & rigent, & utrunq; eodem tempore percipiunt in omni corporis parte. Solus Aliabbas inter arabes naturam febris hepialæ attigit, græcorum sententiam tenens. & enim Theorica. c. 6. postquã multas febrium differentias posuit, hæc asserit verba. In alijs febribus in interioribus & exterioribus corporis, & in omnibus corporis membris sentiuntur simul calor & frigus: hoc q; in phlegmatica febre, quæ ex phlegmatis vitrei fit putredine. Calor r. nq; est in hac febre, ex eo quod putruit, frigus autem ex eo quod minime putridum est. Vocaturq; febris hæc hepiala. Quomodo autem possit intelligi, quod quecunq; corporis pars simul frigus & calorem sentiat, subtiliter declarat gentilis. f. 1. 4. t. 2. c. 50. in littera antiqua in notia. verò. c. 51. Quod caput si Auic. hepialæ febri adaptaret, deceptus non fuisset: illud enim veræ hepialæ correspondet, ad Galeni mentem. Vbi gentilis dubitat, an secundum vnã & eandem corporis partem possit sentiri calor & frigus, dubioq; satisfacit, dicens. Non secundum easdem partes formales illud posse contingere, sed secundum diuersas: attamen adeo propinquas quod decipitur sensus in iudicio de situ partium, iudicans totum esse calidum, & totum esse frigidum: pro quo adducit comparatiuum de collo columbæ, & de alijs multis mixtis coloribus, de quibus affirmamus, diuersos colores in eisdem partibus esse, quod autem sit impossibile quod secundum easdem partes formales sentiatur frigus & calor, probatur. Quia si in eisdem partibus formalibus hæc duæ contrariæ qualitates imprimerentur, tales partes neq; calorem sentirent, neq; frigus, sed tepiditatem, quæ media ex contrarijs est: impossibile enim est, calorem & frigus esse

in eisdem præcise partibus, secundum suum esse exquisitū: ut bene notat Iacobus de partibus ita. Quod ex diffinitione contrariorum constat. Sunt enim contraria, quæ sub eodem genere posita vicissim insunt, & mutuo se expellunt. Vnde est necessarium, in diuersis partibus calorem & frigus sentiri. Quod nō solum erit verum de minimis partibus, verum de maioribus quādoq;: ut notat Herculanus super Aui cenā loco allegato: interdū enim nescimus distinguere inter dentem dolentem & non dolentem.

DE FEBRE LYPIRIA EIVS QUE CAUSIS SIGNIS

cura. Caput. V.

EST & aliud genus febrium perniciosam, in quo frigus & calor simul sentiuntur, non per omnes corporis partes veluti in hepiala, sed intus calor sentitur, exterius vero frigus: quæ febris lypiria vocatur. Quod enim in hepiala febre contingit ex pituita acida in minutissimas partes diuisa illud contingit in lypiria partibus in maiori quantitate accēsis. ^a Quem admodum enim si quis in eodem tēpore manus in aquam frigidam pedes vero in aquam calidam, aut vrū pedem in aquam frigidam, & alterum in aquam calidā mittat, vtrūq; sentiet, & ab vtroq; afficietur, à frigore videlicet & calore: ita, in febre lypiria cōtingit, corpus & frigus & calorē sentire, in lypiria tamē isti affectus frigiditatis & caloris à causa interna sunt. ^b Quod si eadem diuersitas ex febre cum aliqua inflammatione contingat interna, lypiriā vocamus. ^c A'ius non, nisi inflammatio erispelacea sit & circa ventrē, si enim circa hepar sit, vrentem febrem vocat, si circa pulmonem

^a
Gal. in equi. in
sc. c. xi. col. 158.

^b
Gal. 3. simp. med.
facul. c. 15. c. 81.

^c
Gal. 2. progno. 12
q. col. 761.

monem algidam. ^d Internæ ergo vri, & exteriora frigidice-
 re, nulli febrium contingit, nisi in vero causo & lypiria. ^e &
 cum inuisceribus sit maximus calor, adest sitis, & linguæ as-
 peritas, & pulsus paruus & lenis. ^f Et ratione frigiditatis ex-
 tremarum partium, nimirum quod arteriæ frigidiores sint,
 & quod tardius & motu tardiori moueantur. ^g Causa huius
 febris secundum plurimum est phlegma aut colera crassa, cū
 interius putrefiūt, abq; hoc quod vapores exteriora petāt:
 vnde exteriora non calefiunt. Et quia virtus trahitur ad lo-
 cum internum, vbi est læsio, externa distrahuntur à calore,
 & dato quod vapores resoluātur, associatur eis calor tempo-
 re paruo, & illico separatur ab eis. Sicuti contingit vaporib9
 ex aqua calida resolutis. ^h Alius non calefieri exteriora af-
 firmat, quia tanta est viscositas, & crassities humoris, qui pu-
 trefit, quod viæ obstruuntur, & clauduntur, per quas calor
 ad exteriora deferri poterat. ⁱ Si autem aliqui sophistæ re-
 darguant, dicentes in hemitritæo, vbi colera & phlegma si-
 mul sunt, quomodo hoc idem non contingat, respōdem9,
 in hemitritæo phlegma esse leue & rarius, vnde faciliter ob-
 edit putrefactioni. In lypiria autem phlegma est multū cras-
 sum: est enim vitreū quod maxime putredini resistit. ^k Nō
 conueniunt in hac febre digerentia adeo calida, sicuti in fe-
 bre hepiala. Et conuertunt in principio sirupus acetosus, & mul-
 to post conferunt aloes, hiera picra, cum aqua feniculi, en-
 diuæ, & apij: & trochisci de rosis, & mastix. ^l Et desolutiuis
 optimis sunt, quæ fiunt ex mirobalanis nigris, & citrinis, &
 turbit, & saccharo. ^m Aut exturbat, & Agarico. Quod si tem-
 pus, aut cōplexio, aut ætas hanc euacuationem nō sufferat,
 euacua cum decoctione quæ fit ex mirobalanis quæbulis,
 & indis. Et post humoris euacuationē da cōfectionē diatri9
 pipereon: & in balneo irrorata ipsum bis cū aqua decoctionis
 camomille, & fricabis corpus ei9 oleo, in quo decocta sit ca-
 momilla: aut cum oleo costino. ⁿ

Acti. Tetra. 2. f. I
 c. 89. in princ.

Gal. aph. 4. 48.

f.
 Serap. tract. 6. c.
 27.

g
 Ga. 3. praesag. ex
 pul. c. 11. c. 445

h
 Aui. f. 1. 4. t. 2. c.
 50.

i
 Halia. 8 theori. e
 6. prop. finem.

k
 Isaac. l. fe. par. 5.
 c. 16.

l
 Serap. tract. 6. c.
 17. inf.

m
 Aui. f. 1. 4. t. 2. c.
 57.

n
 Halia. 3. practi. c.
 18. in fine.

SCHOLIA.

OMNIVM consensu in febribus lypirijs interiora nimis calida, exteriora vero nimis frigida sunt. Adeo vt Galenus febres ardentes in quibus hoc contingere solet, lypirias appellet: vt placet Antonio Musæ. 4. aphorif. sectio. apho. 48. Vbi exponens lypirie febris significationem, dicit: continuas etiam febres comprehendere, in quibus interiora calida, exteriora vero frigida sunt. Pro quo etiam adducit Galenum. 2. prognosticorum in fine. com. 4. & idem affirmat Hieronymus Montuus, Galenum, ibi sensisse. Dicuntur lypiriæ febres pingues: vt refert Gentilis. f. 1. 4. t. 2. c. 50. in noua trallatione & in veteri. 49. Quia quemadmodum in pinguem corporis habitam habentibus, interiora calêt, exteriora vero frigent, sic in lypirijs febribus. Vbi idem gentilis omnem febrem paroxitmalê, siue intermittêtem, protêpore quo frigus durat, lypiriam dici posse, affirmat. Quod enim in accessionibus in illo principij tempore cõtingit, id veris lypirijs per totum earum processum accidit: Quod ex Galeno fundari potest: (quãuis à gentili nõ referatur) aphorifmo. 48. 4. sectio. vbi postquam dixit hoc contingere in non nullis febribus non intermittentibus, interiora inquam calefcere, frigescere vero exteriora, huius causam reddens, hæc subdit verba: causa vero huius est, quando aliqua fortis inflâmatio in corporis parte profundiori, vel erispelas euerint. Totus enim ex toto corpore sanguis ad locum trahitur patientem, atq; ideo vruntur profunda, sed cutis refrigetur, vt fit in principijs accessionũ. Ex quo galeni dicto qui dam illustri medic9 affirmat, omnem febrem lypiriam necessario esse cum inflammatione interna. Habere tamẽ cũ

prædicta inflammatione (eam quæ exacte lypiria est) multam atq; prauam humorum putrefactionē cōiunctā. Quod subiungit, vt febrem lypiriam à natura febrium accidentiū secludat. Huius tamen opinionis nouus auctor est: Cum à nullo alio hæc opinio referatur: nec illud Galeni verba sonant. apho. 48. 4. sectionis. Ibi enim in nonnullis febribus non intermit tētib; asserit, interiora calefcere, exteriora vero frigere: ratione alicuius internæ inflammationis: neq; per febres non intermittētes oportet lypirias intelligere, quanuis de lypirijs paulo supra tractasset. Immo illud quod in non intermittētib; febrib; de hac varietate partium contingit, propter aliquam internam inflammationem, ad quam totum confugere sanguinem cōstat, id in febrib; lypirijs contingit, ob humoris maximam crassitiem: vt Auicenna proprio capite asserit. Talis enim humor quādo interis putrescit absq; hoc quod vapores putridi exteriora petant: (virtute etiam ad interiora retracta vbi est læsio,) causa est quod interiora calefcant, frigentibus exterioribus. Quod etiam potest confirmari ex Galeno. aphorismorum. 7. aph. 42. vbi inter febres putridas quæ sine partis inflammatione fiunt, lypirias includit. Quanuis lupeius, lib. 4. suæ practicæ, omnes febres quæ cum interna inflammatione fiunt, lypirias vocet, Galenū adducens. 2. prognosticorū. cō. 4. Quod falso imponitur Galeno. Potius enim Galenus febres lypirias relegat febrib; ex inflammatione intrinseca, quam febres inflammationum releget lypirijs. Verba enim Galeni sunt. Cæterum vt febris lypiria nominata relegetur ad hoc genus, cuius perspicuum est: cum enim hæc vltima verba intelligi debeant, iuxta materiam quæ præcessit, & Galenus vltima verba tractauerit de febrib; acutis, quæ ex inflammatione interna proueniunt: si has relegaret ad lypirias, cū de his in plurali numero fuerit loquutus, debuisset dicerere

legentur: cum ergo dicat, relegetur, referri debet ad lypiriã. Quam in singulari scribit. Ver9 ergo Galeni intellectus erit, perspicuũ esse, febrẽ lypiriã relegar' febres inflammationum internarum. Nam eodem modo quo in ipsis febribus inflammationum, interiora vrũtur, & exteriora frigēt. Non tamẽn intelligi potest quoquomodo, quod febres inflammationum releget ad lypiriã debuisset enim dicere relegetur.

DE FEBRIBVS MELANCHO- LICIS TRACTA- tus nonus.

DE FEBRIBVS QVARTANIS EARVMQVE CAVSIS & signis. Caput. 1.

QVARTANA E ex atra bile originem habent, sequuntur corporis naturam ad atrã bilem declinantem. Ex anni temporibus autumnum & reliqua omnia, quæ
 ijs ad hanc proportionem respondent. Sicuti cibi & potus
 frigidi & sicci. ^a Aliquando perse fiunt, quando ab atrabile
 cæperunt: aliquando ex alijs morbis & febribus in quartanas fit abscessus. Nõ enim abscessum affluxionem solam licet appellare, sed quando ex vno affectu in alterum fit transitus. ^b Si enim aliquis æstate tertianam patitur longã, subtile humoris dissoluitur, nunc vomitu, nunc sudore, nunc cessu: ex crasso igitur remanenti, quartana gignitur. ^c Melancholia autẽ ex qua quartana fit, aut est naturalis, veluti fex sanguinis, aut fit per adustionẽ: & hoc per adustionem sanguini-

^a
G. 2. dif. fe. c. 1.
col. 136. 137

^b
Hip. & Gale. 1.
mor. vul. com. 2.
ix. 21.

^c
Isaac. 1. feb. part.
5 c. 13. prop. fi.
nem.

guinis, aut phlegmatis, aut colerae, aut ipsiusmet melancholiae naturalis. Quamuis putauerint quidam, quod melancholia naturalis non putrescat: & quod ex ipsa non fiat quartana, & de cepti sunt. ^d Alius & si posse putrescere concedat, dicit tamen difficulter putrescere, ob eius frigiditatem & siccitatem. ^e Si igitur melancholia non putrescat, aut est in toto corpore, aut in vno membro coarctata: si fuerit in toto corpore, nigram generabit ictericam: quae fit ex splenis defectu, non bene fecem sanguinis ab hepate expurgatis. Si vero in vno membro coarctata, scirrhum. Quod si putrescat: aut in vno membro, aut in toto corpore: si in vno membro generatur cancer: si vero in toto corpore, aut est intra vasa, aut extra: si intra vasa, quartanam efficit continuam, quae sine rigore, & intermissione est: si vero extra vasa putrescat, quartanam facit interpellatam. ^f Febres etiam erraticae quae ordinem in suis periodis non seruant, a melancholia fiunt. quemadmodum & quartanae, haec enim fiunt, attritu bile exuperanti, maximeque quando autumnus incipit: tunc enim humiditates quas aestas extorsit expellebat, autumni frigiditas in torsu recludit in profundum. ^g Erraticae vero febres a melancholia sic fiunt. Quod ex febribus continuis aestatis tempore efferuicit, & in attritu bile desinit, & restrictum est, propter quod febris cessat: si natura hunc cinerem non dissipat, calescit tandem, & febre putrida facit: aqua rursus, aliarum reliquiarum aliam excitat febre. Quando igitur totum corpus non vnum habet affectum, sicuti in quartana corpus habet: sed attritu bilis in quibusdam partibus insuper moueatur, in quibusdam immota manet, in alijs putrescat, aut feruere incipiat, necesse est erraticas febres fieri. ^h A quo etiam atro humore nigrities per totum corpus, & pustulae nigrae, elephas, cancer, liex magnus, varices denigratae, melancholia, & omne mentis delirium fiunt: cui etiam accedit ira, temeritas, immanitas: ⁱ alij has erraticas febres mixtas appellat: dicitque

^d Anic. f. 1. 4. 2. c. 61.

^e Galia. 8. thecri. c. 4. col. 2.

^f Isaac. 1. feb. c. 13. in princ.

^g Gal. apho. 3. 22.

^h Gal. 3. prog. lx. 29. col. 807.

ⁱ Gal. aph. 4. ap. 2.

fieri propter apostema, & præcipue in renibus. Et quanuis in quartanam transeat, differunt ab ea: quia in errancis est dolor in aliquo membro, & præcipue inferius sub dexto:

K

Raf. Io. almanic

Io. l

Hipp. & Gal. I.

mor. vl. cõ. 3. tx.

4.

m

Gal. 2. cris. c. xij.

col. 530.

n

Acti. tet. 2. f. l. c.

83. in fine.

quod non reperitur in quartana. ^K Quartana febris omnium aliarum securissima facilissima & longissima est. Cæteris enim omnibus interpellatis febribus quartana est longior. ^m

Et quæ maiorem longitudinem habent, sunt quæ ab splene habent principium. Si vero propter hepar inflammatum fiat, faciunt colorem albicantem, & totum corpus humidum, & urinae sunt valde rubrae, & ad tactum dextri hypochondrii tumor occurrit. ⁿ

Et in quartana non contingunt coctiones nisi per menses: quia pro maiori parte non finitur per euacuationem manifestam, sed per resolutionem paulatim. Et quanuis grauioris, & difficilioris, & tardioris digestionis sit, non ita decipit, neque adeo est malitiosa sicut quotidiana: & si in ea non contingat error, non addit supra annum: quod si in ea error contingat, ad duodecim annos attingit, accidit hæc febris, quibus ciborum crassorum est usus: ut casei salsi, atque veteris, carniū hircorum, & salitarum, & piscium magnorum, oliuarum & melongeniarum. ^o

Accidit etiam senibus, aut saltim post annum trigessimū, aut grandioribus: quemadmodum abscessus ante trigessimū contingunt. Ut enim quod per ætatem seruatum fuit, necesse est cineres relinquere, (quæ autumno superuenienti, tuncque frigiditate ea intus profligante, & earum resolutionem impediende quartanae fiunt:) ita quod in ætatis vigore fuit seruatum, cineres necessario reliquit: veniente autem declinationis ætate, (quæ frigida est) cineres illos intus nutrit, & eorum prohibet resolutionem: & sic ad declinationis ætate quartanae gignuntur. ^p

Quartana nunquam hominem bis capiat. Neque quando ab ea semel euadit, aut semel sanus fuit, iterum ab ea capietur. ^q Neque a quartana capti conuelluntur. Nam aut

o

Auc̄. 3. thei. c. 5

p

Hip. & Gal. 3.

prog. tx. 30.

q

Refert ex Hip.

chr̄. 4. act. tet. 2. f.

l. c. 83.

quartanae gignuntur. ^p Quartana nunquam hominem bis capiat. Neque quando ab ea semel euadit, aut semel sanus fuit, iterum ab ea capietur. ^q Neque a quartana capti conuelluntur. Nam aut

aut

aut id prohibet, aut si fieri anticipauerit per quartanam curatur: fit enim excretio humoris qui conuulsionem facere deberet, per rigore, coctio per febre sequere rigore. Neq; ab alio magno morbo capitur: & si capiantur ab eo, per quartanam liberatur. Neq; quartana aliquem iungulat, nisi in quotidianam conuersa sit: tunc enim pessima est, quod non fit, nisi ægri aut curantis culpa. Et multi à morbo comitiali euaserunt per quartanā, & ipsa sua spē periculo vacat: nisi ad affectum splenis sequatur. Tunc enim aqua intercutem sequita, moriuntur. Erat exquisita quartana, quando ex sola attrabile fit: & quando eam anteedūt, omnia attrabilem generantia, in totius vitæ ratione: cuius uero aliquid ex his defecerit, notha est, neq; adeo lōga sicut exquisita. Et quanuis eius causa melancholia sit, comitantur eam vomitus pituitosi, rigores validi, cibi fastidium, sputi frequentia, habitus corruptio: & per biennium durat. Et quartanæ sunt ad continuationis modum. Cum uero humor paucior euadit, ad unam reddit. Et sunt duæ quartanæ, siue duo typi quartani, quado vno die libero & bono orto, accidit febris duobus diebus subsequētib; . Eius caliditas minor est quā in tertiana, nā æstus, de vstio, & furor, qui est intertiana non est in quartana maior tamē quā in quotidiana. Obid quod in quotidiana, ignis est in lignis viridibus, quæ difficulter incēduntur. In quartana uero calor paulatim inceditur, sicuti in lapide aut testa: quando uero accenditur in ea calor, nihil fumosum in accessione videtur. Propter quod in hac febre copiosiores sunt euacuationes, quam in quotidiana. Et interuallum eius est exquisite purum. Significat etiā quartanam, ægrotantis natura, si in ea attra bilis abūder. Et aliæ extrinsecæ res eam significant, sicut autumnus, & temporis constitutio inæqualis, & si lien in tumuerit, & per populum quartanæ grassentur, & ætas maior sit, quam in vigo

^r
Hip. Ga. apho
5.70

^f
Hip. Gale. vi.
mor. vul. com. 6.
tx. 7.

^t
Cor. cel. l. 3. c. 16.
in fin.

^v
Ga. I. mor. vulg.
com. 3. tx. 4.

^x
Gal. I. art. cur. c.
vii. col. 375.

^y
Gal. I. de tipis. c.

^v
^z
Gal. I. de tipis. c. vij

^a
Ga. I. art. cu. c. vij
Aui. f. l. 4. t. 2. c.
62.

^b
Ga. 2. dif. f. c. v.

Gal. I. ar. cur. c. vj

d

Gal. I. ar. cu. c. v.

e

Auc. 12. 3. theis.

tract. I. c. 12.

re. ^e Significant etiam quartanam remissio rigoris in principio: sed post tempus, magnitudo rigoris illi super venit. Et raro incipit, sed ad alias, puta errabundas febres sequitur. a Frigus tamen in ea incipiens, adeo est intēsum, vt appareat ægro, quod grando cadat super ipsam vndiq; .^e Sicuti enim tertiana cum forti rigore à principio inuadit, ita vt corp⁹ pū gi ac pertundi videatur: ita quartana cum forti frigore, simili illi quod patiuntur, qui per niuem aut gelu tempore hiberno iter faciunt: non tamen à principio rigent, sed tempore progredienti. Neq; rigor contingens in eis, est ac si pungantur: sed ac si refrigerentur, cum contusionibus vsq; ad ossa. Ipsi enim conqueruntur, quod videantur pati lassitudinem in ossibus, & carnes habere cōtusas. ^f Alij adeo tremere dicunt, vt dētes cōcutiantur, & cōstringātur: & iūctura dōlet ac ossa: ac si aliquod foret, appēlū, quod aggrauaret, ac pcuteret & dispositio hui⁹ tremoris est sufficiens, ad significadu ipsā. Nō est enim in aliqua alia febriū rigor similis. ^g Et quādo rigēt in principio accessions, pulsus sunt satis tardi, & rari. Quādo vero ad augmētū aut vigorē accedūt, necesse est, vt veloces fiant, & frequentes: illic tamē seruetur propria raritas & tarditas, cum maiori inæqualitate in vno pulsu, quam in alijs febribus. Multo enim veloci⁹ videbis principū eius & finem, quam medium. ^h Et quando in quartana rigor est fortis, est signum bonum. Nam significat subtiliatū esse humorem: nisi in principio contingat morbi. Debilis vero rigor significat humorē crassum. ⁱ Rigor enim fortis qui particulas concutiat, nunquam a frigidis succis creatur: succi enim crassi concitato motu moueri non possunt, ppter crassitiam. Vnde rigor in quartana ex calido frigidoq; resultat: nam nigra bilis natura frigida est. Cum autem putrescit, aut ad putredinem disponitur, caliditatem nāciscitur. ^k Et quāuis in tertianis pulsus parui & rari sunt in accessionibus, ma-

f
Gal. 2. cris. c. liij. c.
57.

g
Raf. 12. alim. c. 8.
in princ.

h
Gal. I. ar. cur. c. vj.

i
Refert ex. Gale.
R. 1. fol. 30. cōti. tra.
9. fol. 4. 75. col.
4.

k
Gal. 2. simpt. casu.
c. 9. col. 85.

ior tarditas & raritas est in quartana. Videbitur enim arteria ipsa veluti ligata, & intro retracta, & ex solo pulsu dignosci possit. Nulla enim aliarum febrium interpellatarum pulsū quartanæ habet. ^l Quartanā quæ ex aduisione phlegmatis contingit, significat accessiones longiores: & accidit vt plurimum successione quotidiana: & sudor in ea est tardior, & vrina crassior. Et eam quæ a sanguine adusto, significat signa sanguinis. Et eam quæ ex aduisione coleræ, significat maior velocitas in pulsu, & incipit cū horripilatione, fit successione febrium colericarum. Et leuitas rigoris in ea est ex signis coctionis. Vrinæ vero crudæ significant febres quartanas, propter crassitiē & frigiditatem humoris, nisi apud statum laudabilem. ^m Ex dicta nāq; crassitie viæ oppilatur: vnde crassum vrinæ exire prohibetur, exit enim colata. ⁿ In fine vero morbi exit nigra: quod fit, propter naturam digerentem, subillantem, & expellentem causam eius cum vrina, quæ perfectam crislum significat. ^o Et adeo significant quartanam incipientem vrinæ subtiles, vt per eas solas subtiles, albas, & aquosas, quartanā intelligere possim. ^p Et inter vrinas subtiles quæ in principio morbi contingūt, & nigras quæ in fine, in tempore intermedio apparent vrinæ multum diuersæ, ratione diuersitatis humorum, ex quibus melancholia & quartana fit: & ex diuersitate coloris ipsarum. Color enim quandoq; vridis, quandoque plumbeus fit: & cutis denigratur, & corpus arefcit, & siccat, & venter astringitur. ^q Et quartanæ iudicium non ex diebus, sed ex circuitibus æstimatur. Quod enim in continuis vna dies est, in quartana est vna circuitio. Est enim ex eodem cosmo & ordine in iudicatione cum

tertiana. 9

Ga. 2. cris. c. 3. c.
518. c. iij. 519.

Ani. f. 1. 4. t. 2. c.
62.

Isaac. 1. feb. part.
5. c. 13.

Pau. 1. 2. c. 22.

Scrap. tract. 6. c.
15.

Ga. 3. prog. ix. 8
Scolia col. 798.

SCHOLIA.

VTER rigor maior sit tertianæ febris an quartanæ: si veram rigoris causam attendamus, rigorem tertianæ fortiozem intelligemus. Vt enim ex Galeno colligitur. 3. de sympt. caus. c. 5. col. 87. & 2. de differentijs febriū. c. 1. causæ fortitudinis rigoris sunt vehemetia virtutis expulsivæ in lacertis, & humoris mordacitas ipsam irritans. Vnde quanto causa rigoris fuerit mordacior, (supposita æquali virtutis expulsivæ fortitudine in lacertis) rigor erit fortior. Quod etiā asserit Galenus. 2. de symptomatū causis. c. 5. col. 83. inquis, quantoq; sinceriores tertianæ sunt, tãto rigor in eis incidit vehementior. Idem colligitur ex eodem Gale. lib. de palp. trem. rig. c. xv. vbi rigorem, motum illegitimum dicit, cōstantem ex calore naturali se extendere volenti, & humoris acrimonia celeriter effusi, ipsum retrahenti. In qua pugna concussio, & rigor consistit. Cum ergo colera inter cæteros humores mordacior sit, & ratione suæ subtilitatis & agilitatis magis subito & affatim dictam acrimoniã possit imprimere, non est dubium quin fortiozem rigorem faciat: melancholia vero ob eiu crassitiem, nequit concitato motu à venis supra nervos moveri, vt asserit Galenus. 2. d. sympto. cal. c. v. col. 85. quam distinctionem rigorum significat Galenus lib. de palp. tremo. c. 21. col. 213. asserens in tertiana, in ipso rigoris tempore ægrum sitire, caliditatem in profundo sentiens: quorum neutrum dicit contingere in rigore quartanæ. Quo tamen non obstante, per rigorem quartanæ maior ponderositas & concussio accidit, & ad interiora magis penetrans. Cum enim melancholia terrea & crassa sit, vapores terrei & stiptici qui ex ea exoluuntur, tristem sensum

in musculis & paniculis qui circa ossa sunt, causabūt: & quādam contractionem, veluti spasmus ossa confringentem. Vt notat Herculanus. f. 1. 4. r. 2. c. de signis quartanæ: vnde in tima corporis magis fatigat rigor tertianæ, quā quartanæ. *qz tertiane*
 Humor enim quartanam faciens, propter eius crassitiam & terreſtreitatem, non potest in acceſſionis inuaſione, (quādo a venis ad extra expellitur,) multū verſus cutem propelli. Sicuti in colericis febribus: quia a subtiliori humore ſunt. Imo melancholia in profundo manens, extēdit ossium paniculos: ex quo duo ſequantur incommoda: dolor per ſolutionem continui, & motus ſpasmus in musculis, ab humore melancholico ipſos extendenti. Quod in colera deficit: quia humor ſubtilis eſt, & in phlegmate quia humor eſt lenis, potius relaxans, quam contractionem faciens: fortificat etiam rigorē quartanæ, humoris melācholici acetoſitas & accredo, quæ in mēbris mordicationē imprimit. pp̄ter q̄
 Sauon. tract. de febribus. c. 15. fol. 58. c. 2. rigorē tertianæ maiore eſſe intēſiue quartanæ vero maiore extēſiue affirmat: pp̄rior tamen differētia inter hos rigores eſt, (prout colligitur ex Galeno. 2. de criſibus. c. 3. col. 517. Quod rigor in tertiana eſt, ac ſi acubus pungātur, in quartana vero ac ſi ossa & corporis interiora comprimantur: frigus tamen in quartana intēſiue & extēſiue maius eſt, quam in tertiana: in tertiana enim ſolum eſt priuatium, ex retractione virtutis: quia humor qui per membra ſpargitur, calidus eſt & acris: in quartana vero vtrunq; frigus reperitur, & priuatium ex retractione virtutis, prauam humoris qualitatem fugientis, & poſitiuum, quia humor frigidus eſt. Vtrum tamē frigus ſit maius quotidianæ vel quartanæ reſpondēdum, maximam inter ſe ſimilitudinē habere. In vtrāq; enim febre frigus eſt poſitiuum magis quam priuatium. Cum vterq; humor frigidus ſit, & tarde ſupra membra moueatur. Herculano ta-

men placet frigus quotidianæ maius esse frigore quartanæ, ut pote phlegma aquæ proportionetur. Melancholia vero terræ: aqua tamen terra frigidior sit. Eandem sententiam tenet Saonarola, dicens: frigus quotidianæ intensius & extensius maius esse frigore quartanæ. Quia in quartana licet frigus sit positivum, in ea magis frigescent ex virtutis fuga seu retractione, cum humor melancholicus mala qualitate virtutem infestet. Positiva vero frigiditas in phlegmate maior est. Hoc autem frigus (supposita omnium iuniorum diuisione, principij accessionis in quatuor tempora.) Maius est in augmento principij, quam in principio principij: quia humor qui extra venas expellitur, in augmento est magis subtiliatus, & plures partes corporis occupat, & citius mouetur: deinde apud statum principij, frigus remittitur. Cæterum cum hoc stat, quod rigor & concussio sit maior in statu principij. Quia humor factus est calidior subtilior & mordacior: ista autem frigoris diuisione in quatuor tempora, in febre quotidiana & quartana est considerabilis, ratione durationis & extensionis frigoris in ipsis, quia humores in eis sunt tardi motus supra membra & tarde inflammationis. Ut notat Her. super Auic. f. 1. 4. tract. 2. c. de signis quartanæ.

DE CVRA QVARTANAE. CAPVT. II.

ABSTINEANT à carnibus per tres hebdomadas, ne cum vntuositate carnis augeatur febris: est enim vntuosum in febribus, veluti oleum in lucerna: & si virtus perseuerat, neque humor digestus sit, ad quadraginta dies abstinentia à carnibus prolongetur. Deinde comedat ex piscibus, & ouis serbilibus, & pullis. Quod si non remittitur quartana, propina arietum, & hædoruncarnes, quæ amplius nutriant. Cibum autem non sit crudus, imo resoluens cruditate: neque sit constringens, imo ventrem soluens, sanguinem

nē laudabilē generās. Ideo vtendū mōtanis auibus mollis
 carnis, & facilis coctionis: cōuenit vinū albū tenue paucū &
 moderatē calidū: vtēdū salfamētis & synapi: vitāz sunt car
 nes, quæ viscositatē habēt, & omnia edulia frigida & humi
 da. Vnde nō est malū, sumere cibos, in quibus est saltedō,
 & acuitas, & incisio: cū nō timetur incrementū caliditatis. a
 Et non solū hæc verū etiam diospoliticō, & diatriō pipereō
 & si quotidie piper biberēt cū aqua, recte facerēt. c Alius hūc
 reprehendit, q̄ absolute loquatur: imo iuxta diuersas quar
 tanarū species, diuersa alimenta ppinat. In quartana enim
 quæ ex fece sāguinis est, calefaciētia & humectātia: in ea ve
 ro, quæ ex adustionibus, infrigidātia & humectātia, vt pepo
 nes, ostreas, pisciculos. Quāuis enim humor frigid⁹ sit, & ca
 lida desideret, nō tū siccātia d̄siderabit, postquā humor est
 siccus: præcipue cū siccātia & extenuātia si calidiora sunt, re
 terrestre magis & crassā relinquit, cū humiditatē ibi existētē
 cōsumat: vnde si quartana a bilioso & adusto humore sit, re
 frigerātibus vtēdū. Præsertim si æger natura sit calid⁹, si æs
 tas, & si dedit⁹ sit curis, vigilijs, iræ, tristitiæ, & medicamētis.
 Calefaciētia enim & si attenuare videātur, inspissant tū. f q̄
 si antiqua fiat quartana vinū augebitur: præstabit mutare vi
 ct⁹ gen⁹, ex vino ad aquā, & ex aqua ad vinū: ex cibis lenib⁹
 ad acere trāsire, & ex acrib⁹ ad lenes, & si tertio decimo die
 quartana maneat, ipsa trāsactalicebit, solidiori cibo vti, & vi
 no quātū libuerit. g Ali⁹ nō nisi post humoris coctionē vinū
 cōcedit. Illudq; mediæ ætatis aqua pmixtū. Vtēdum leui am
 bulatione, frictione moderata, vt pori dilatentur, & atte
 nuetur humor: quib⁹ vttere absque euacuatione, donec ma
 turitatis signa appareant. h In diebus enim interpellationis
 qui inter accessiones intercedunt, licet prodire, & ad soli
 ta munia nonnunquam obire. Si quartana breuis & non
 violenta fuerit. In rigore vero morbi iubendum vt quies
 cat, & virtus attenuetur. i Si tamen duplex quartana sit,

Aui. f. l. 4. t. 2. c.
64

Acti. tet. 2. f. l. c.
84

Aui. f. l. 4. t. 2. c.
63. priori. col. 3.

Gd. Art. cu. c. 20

Trallii. l. 12. c. 8.
pag. 770. 771

Cor. cell. 3. c. 27
c. c. 18.

Halib. 3. part. c.
14. p. p. fin.

Acti. tet. 2. f. l. c.
84. col. 258.

non sunt exercitationes adhibendæ, imo quætere oportet. Quod si eis fit difficile, leuiter ambulent, & post utrâq; febrem cibum sumant, nisi vrgeat necessitas. ^k At si quotidie accessiones facit, triplex quartana est. Et tunc per biduū abstinere oportet, & frictione uti: aquam tantum modo vesperi dādo. Cum quo sæpe fit, ne febris tertio die accedat. Sed siue accedat siue non, cibus post accessionis tempus est dāndus: Et illud quo magis in hac febre indigemus, est aperire, incidere, subtiliare: eligēdo medicinas incisiuas, subtiliātes, & spleni appropriatas. Veluti radicē capparīs, scolopēdriū, tamariscus: in frigidatione, prope nihil, frictione parum utēdum. ^m Et iubant trochisci de absinthio vsq; ad finem ægritudinis. Neq; desiccantia eligimus in quantum desiccant, sed propter illud quod est in eis de abstersione, incisione: quin imo omnes istæ febres indigent humectātibus. Vnde iuuat sesfio in aqua calida, ante cibum omni die: quæ humectet, & non faciat sudare, neq; exeitet caliditatē. Imo in die sequēti accessionem, balnecur in mane, si humor coctus sit: alias non fiat, nisi sola perfusio aquæ calidæ, secundum viam delectationis & humectationis magis, quam ut humor moueatur. ⁿ Neq; utaris balneo, nisi vbi præcesserit status, & ceperit declinatio: effectus enim balnei est humores euacuaresubtiles, & humor in hac febre est crassus. Si igitur euacuaeris quod subtile est, humor incrassabitur, qui remanet, & fit difficilior coctio. ^o Imo in principio & augmento quartanæ solis frictionib; cōtētusis. ^p Abstīnēdo à balneis. Et vbi balnea conueniant diuersa fiant, iuxta diuersitatem melancholiæ. Nam in ea quæ ex adustione colicæ fit, balnea sint tēperata, & frictiones & exercitationes moderatæ. In ea vero quæ frigida est, sint calidiora, & frictiones & exercitationes maiores. ^q Corpore igitur purgato intinam aquæ plenam æger intret, in qua decocta sint nepita, pulegium, lauro ablin

^k
Cor. cel. l. 3. c. 77

^l
Cor. cel. l. 3. c. 18

^m
Axi. 7. col. c. 14

ⁿ
Axi. f. l. 4. t. 2. c. 63. prio. col. 3.

^o
Halia. 3. pract. c. 14. col. 2.

^p
Acti. tet. 2. f. l. c. 84. col. 1.

^q
Tralia. l. 12. c. 8. p. 789.

absinthium: & ibi bibat theriacam magnam cum oxime-
 li scillitico. Et si cognoueris quartanam ex aduisione san-
 guinis fieri, concoquentia & aperientia non sint nimis ca-
 lida, sed sicut oxisaccharum, cum ptisana mixtum. Et in ini-
 tio accessions ponatur pedes in aqua calida, in qua decocta
 fuerint camomilla, violæ. Et si humor incipiat digeri, festi-
 nater phlebotoma ex basilica sinistri lateris, aut ex media,
 & minue quousq; videris sanguinem clarum egredi. Et sub-
 duc album hac potione minoratiua. R. mirobalanorum ci-
 trinorum, chebulorum, cassiæ fistolæ, & mannæ, ana. vnc. se-
 mis in decoctione prunorum, iuiubarum, fumi terræ, radi-
 cis apij, & endiuæ fiat potus. Quod si quartana ex aduisione
 coleræ fiat, digestiuum sit ex succo mali granati & oxisaccha-
 ro. Et si humor est intra vasa, ita vt efficiat quartanam con-
 tinuam, scinde venâ, postquam digeri incipiat, & non ante.
 Cum enim ægritudo digesta est, tunc expedit basilicam se-
 care: si tamen intempestiue fiat, multum eis nocet. Quia
 præterid quod debilitatur virtus, educitur contrarium mel-
 ancholia. Si humor enim compactus est & crassus, diffici-
 lis euacuationis, crassior fit. Vtendum ergo vomitibus, si ni-
 hil impedierit. Pleriq; enim assidue vomentes, partim vo-
 mitibus perfecte liberati sunt, partim facilius pertulerunt.
 Nam vna cum hoc quod euacuant, eaque stomachum in se
 stant, humorem etiam facilius concoquunt. Vomitus au-
 tem prouocetur, tam in die accessions, quam in die inter-
 pellationis: in die accessions stomacho ieiuno, in die vero
 interpellationis, postquam comederit. Et tempus vomen-
 di in die accessions est, quando accessio incipit: quoniam
 tunc humor est in motu. Fiat autem cum mulsâ non multû
 aquosa, & cum pennis anserinis. Hoc enim modo inuetera-
 tæ quartanæ fuerunt solutæ. Oportet etiam clysterijs lenire
 naturam: alevioribus ad acutiores incipientes. Et vtantur

^r
 Isaac. 3. præc. 6.
 43.

^f
 Isaac. l. feb. par.
 5. c. 14. col. 2.

^t
 Aui. f. 1. 4. t. 2. c.
 63. priori.

^v
 Serap. trat. 6. c.
 15. col. 1

^x
 Acti. tet. 2. f. l. c.
 84. col. 2.

^y
 Isaac. l. feb. par.
 5. c. 14. col. 2.

^z
 Tral. 12. c. 8. pa.
 777.

comestione ouorum taracorum cum synapi. Non secundū
semitam ciborum, sed medicinæ, donec humorē subtiliēt,
& concoquant. Et secundum hanc semitam administrētur
confectiones calidæ, deambulatio, & fricatio temperata. ^a
Neq; euacuādum vsq; ad statum eradicatione. Solutio enim
integra operatur post viginti dies: ante vero possunt secun-
dum semitā alleuationis euacuari. Quod securi9 fiet clyste-
rijs lenibus quam portionibus. Euacuationes autē fiant per
diem ante accessionem venturam: & indie accessionis præ-
cipiatur ieiunium, & non bibat aquam frigidam. Et indie a-
lio adie accessionis sumat confectionis rosarum cū saccha-
ro, vnciam seruis cum aqua calida, & sirupi acetosi vnciam.
1. Et tribus horis post transactam accessionem conuenit a-

^a
Serap. tract. 6. c.
15. col. 2.

^b
Aul. f. 1. 4. t. 2. c.
63. primo.

^c
Acti. tet. 2. f. 1. c.
84. col. 2.

^d
Pul. 1. 2. c. 23

^e
R. 4. f. 10. d. c. 18.
in fi

^f
Auc. 7. col. c. 14
col. 2.

2. ordei cū sirupo acetoso, vt oppilationes apperiat. ^b Qui
autem in principio pharmaca fortia exhibuerunt, aut omni-
no ante morbi vigorem, hi simplicem quartanam duplicē
fecerunt, aut omnino maiore aut difficiliore: aut triplicē, eā
quæ duplex erat. Aut priores duas difficiliore & maiores. ^c
Leuiter enim sunt tractādi, neq; vlla forti euacuatione eua-
cuādū, nisi sanguis abūdet vehemēter. ^d Quauis possint mi-
norari in principio cū apozimate d̄ epythimo & mirobala-
nis indis, aut cū sero & saccharo: aut cū polypodio ebullito
in iure galli veteris, & oleo amigdarū dulciū. ^e Et medici-
næ cū quib9 possum9 humorē trahere, habēt grad9. Et in pri-
mo gradu experiūtur mirobalani indi & emblici. Et postea
polypodiū, & epithimū: epithimū autē quāuis fortius oppe-
retur, maiore molestiā infert, quam polypodiū: post epithy-
mū est lapis lazuli. Et cauendū toto posse ab heleboro ni-
gro. ^f Cōfert etiam ad euacuādū lapis armenic9, nā humorē
melancholicū vt nullū aliud præsiidiū euacuat: sed lotus aqua
per inferiores partes magis purgat, illotus vero per vomitū,
& citra calorē: non quemadmodū alia pharmaca. Quod si
simpli-

simplicem horreāt sumere, sumāt in pillulari forma, his ad
 ditis: Aloes scropu. 4. epythimi. drach. 1. agarici, & lapidis Ar
 meni ana, scropu. 1. garioflorū. g. 15. scamoniij scrop. 2. exci-
 piātur succo citri. Cōferunt etiā pillulæ de epythimo absq;
 scamonio. Videlicet succi absinthij, drach. 4. medullæ cucur-
 bitæ siluestris, drach. 1. Aloes. drach. 2. fiant pillulæ. Possūt
 etiam hæ pillulæ post digestionē ppinari. Epythimi. drach.
 10. falis indi, polypodij, ana. drach. 6. iere picre. drach. 10. aga-
 ricij. drach. 8. terantur & misceātur cū hiera, & cōficiātur cū
 succo mēthe: & fiant pillulæ & detur, drach. 1. & semis cū a-
 qua calida ante somnū. ^h Et in quartana ex melācholia co-
 lerica, oportet euacuare cū mirobalanis & violis. Et si est ex
 phlegmate, cū aliquo in quo sit virtus turbit. Et si est ex me-
 lancholia, cū eo in quo sit virtus polypodij, epythimi, & simi-
 lium. Et aqua casei est bonū vehiculum: & aliquādo sola suf-
 ficit, quādo est caliditas quartanæ violenta. ⁱ Conuenit etiā
 si humores mordaces succedant, lac recens multum asini-
 nū, aut caprinum, vt purgetur: aut cremor absinthij, qui con-
 coctioni auxiliatur. Morbo in vigore constituto apparente
 coctione manifestissima, nullo viscere læso, instante iā ppe
 inuasionē, assuetis tēpore sanitatis aqua frigida, duarū hemi-
 narum mēsurā exhibita, rigore pphibuit, & multoties etiā fe-
 brē. ^k Et si vltra quadraginta dies ppongetur febris, electua-
 riū diatriō pipereō ad nucis quātitatē detur in mane: aut ex
 medicamine quod sit ex assa, ad auellanæ magnitudinē: aut
 ex hoc medicamēto. R. foliorum rutæ siccæ, & piperis ana,
 mellis q; sufficiat. Illud sumat in hora dormiēdi, & æger post
 ipsum dormiat: Has autē cōfectiones calidas, & theriacam
 & mitridatum caue, ne ante coctionem propines: afferent. n
 non paruas læsiones: & propter cruditatem humorē noxiū
 nō possunt euacuare. Vnde bonis humorib; cōmixtus eos
 vitiabit, & fortior fiet morbo. ^m Si enim humor mot9. & nō
 euacuatus, in vno maneat loco, febrē vehemētiorē faciet:
 & si in

^g Trallil. 12. c. 8.
 pag. 785.

^b Scrap. tract. 6. c.
 15. in fine.

ⁱ Aut. f. 1. 4. t. 2. c.
 63. col. 4.

^k Acti. tet. 2. f. l. c.
 84.

^l Raf. 10. alm. c. 8.
 col. 2.

^m Halia. 3. pract. c.
 14. col. 3.

ⁿ
 Serap. tract. 6. c.
 15. col. 2.

& si in duob9 locis, duas quartanas: & si in tribus, tres quarta-
 nas efficiet. ⁿ Quod si prædictis medicinis calidis febris nõ
 duplicetur, saltem fiet continua. Imo theriaca ante coctio-
 nem exhibita, posset quartanam ad causonem permutare.

^o
 Auc. 7. col. c. 14.
 col. 2.

Et in hac febre ardet splen, sicut ignis. Eo modo quo in fe-
 bre colerica ardet hepar. ^o Et quidã medicus ausus fuit, cor
 repto tribus quartanis, theriacam dare ante morbi vigorẽ:

^p
 Aeti. tet. 2. f. 1c.
 84. col. 259.

& audis omnibus accidentibus cum quartana continua suc-
 cessisset, hominem peremit. ^p In statu autem & signis co-
 ctionis apparentibus, prouoca vrinam hoc medicamine. R.
 cinamomi, alyptæ, spicæ, calsiæ lignæ, costi, ana. drach. 4.
 mirrhæ, squinãti, succi eupatorij, anisi, apij, assari, ana. drach
 7. rabarbari, aristolochiæ rotūdæ, croci, ana. vnc. i. absinthij.

^q
 Isaac. 1. feb. part
 5. c. 14. prope
 fin.

drach. semis, mellis quod sufficiat. Et drach. i. propina cū a-
 qua calida. ^q Hoc etiã diuretico vt ipores. R. ameos. drach.
 10. carui. drach. 7. piperis. drach. 3. zinziberis & anisi ana
 drach. 4. spicæ. drach. 10. assæ, cardamomi, ana. drach. 5.
 calsiæ lignæ. drach. 8. terantur, terenda, & cribentur, &

^r
 Serap. trat. 6. c.
 15. prope fin.

conficiantur cum melle. Et detur pondus. drach. i. cum
 aqua apij & feniculi. ^r Et vinum purum & vetus a quartana
 liberat, plurima excrementa per vrinas, vomitus, & sudo-
 res expellendo. Et inuadere patientem ense euaginato, &
 super eum serpentes remotis dentibus proiicere, expertum

^f
 Ras. 10. alm. c. 8.
 c. 30. cõt. tra. 9
 c. 2.

fuit in india, in quartana pdesse. ^f Vnde morbi multoties cu-
 ratur cum immodicis excessib9. ^f Erraticæ vero febres cum
 ex adustione fiant, curabuntur: partim melancholiam eua-

^t
 Aristo. 1. proble
 problem. 2

quando, partim calorem extinguendo: ne humores om-
 nino adurantur. Et si alicuius membri adsit inflam-

^v
 Ras. 10. alm. c. 10

matio vel affectus, ipsum cura-
 bimus. ^v

SCHOLIA.

MIRANDVM, quanta sit varietas inter græcos & Arabes, circa melancholiæ quartanam efficientis coctionem. Quidam enim ex græcorum classe Hippocratem & Galenum sectantes. 3. de vict. ratione in acutis cōmen. 38. asserunt, nullatenus conuenire oximeli, neque sirupus acetosus, neq; vlllo pacto acetum. Hippocratis enim verba hæc sunt. Vt autem in summa dicatur, aceti acredo picrococolis magis quam melancholicis prodest. Amara siquidem dissoluuntur, desciscunt q; in pituitam ab aceto. Nigra autē fermentatur, attolluntur, & multiplicatur. Acetum nanq; atra sursum ducit. Franciscus Vallesius verba Hippocratis vult intelligi non comparatiue, vt enim vera sit comparatio, positium vtriq; comparato debet competere: quod opinatur hic deficere. Est enim acetum, veluti quodam melancholiæ fermentum, quod auget melancholiam, ob complexionem quam habet frigidam & siccam. Et ipsam efferuere facit: & admodum musti in dolijs per summum regurgitare. Quo fit vt ex aceto & acetosis ebibitis, melancholia æstuas augeatur, admodum æstuantis maris. Exterius autem in viâ fomenti acetum adhibitum, lienosis dicit prodesse, & medicamentis lienosis admixtum. Siccitate enim resoluit, & confortat: & frigiditate, feruorem melancholiæ temperat. Præterid quod alia medicamenta penetrare facit. Galenus etiam. 1. de simplici. medica facu. c. 33. asserit acetum melancholiam multiplicare, & atollere, & in ea fermentationem facere. Propter quod Amatus Lusitanus, centuria. 1. curatione. 8. asserit nunquam Galenum pro incisione & coctione melancholiæ efficientis quartanam adhibuisse oximeli, aut sirupum acetosum: imo alijs medicamentis hæc incisionem consuluisse, & salsamentis: vt synapi, pipere, dia-trion pipereon. Et confirmatur prædicta græcorum opinio: quia acetum est melancholiæ gener, imo melancholia siue

nigra bilis mordacitatem habet, sicuti acetum, & veluti acetum terram abradit, atque fermentat, teste Galeno. 4. apho. sectio. apho. 23. & eadem sectione. apho. 21. Arabes tamen contrariam sententiam tenent, & vno consensu, medicinis acetatis semper humorem quartanæ digerunt. Auicena namque f. 1. 4. t. 2. c. 63. in quartana sirupum acetosum propinat. Quæ allegas Sauonarola. c. 15. rubrica. 2. iubet in æstate dari factum saccharo cum multa aqua ordeï & in hieme factum cum melle. Vbi gentilis inquit. Scias quod acetum & si faciat augmentum in melancholia, vt colligitur 3. de ratio. vict. tamen sua malitia rectificatur per saccharum, & fit bonum melancholiam digestiuum. Isaac etiam. 3. practicæ. c. 43. de cura quartanæ post balneum dat theriacam magnam cum oximeli scillitico. Et idem oximel scilliticum in aurora, & iterum ante cenam per duas horas. Nicolus Florentinus, demete Guillelmi. vnc. & semis ex eo propinat. cum. vnc. 4. aquæ decoctionis Ispici, & epithimi notat tamen Nicolus prædictum oximeli scilliticum dari debere post oximeli simplex & compositum: & idem Nicolus curans quartanam ex adustione coleræ, demete ferrarij, dat sirupum acetosum & oxisaccharum. Et in cura Syluestri de sancta Maria, pro quartana ex coleræ adustione propinauit sirupum acetosum, violatum, & fumi terræ, cum aqua endiuizæ. Antonius etiam de Gradi in suo de febribus compendio. c. 16. in quartana ex adustione coleræ digerit cum sirupo acetoso, & oxisaccharo cum decoctione scarolæ portulacæ, aut cum emulsione seminum comunium frigidorum: Dicitque quartanam istam non affligere in mane, sed modo in meridie modo vesperi. Si quartana ex adustione phlegmatis sit, iubet talè humorè digeri cum oximeli composito, & emulsione seminum comunium frigidorum additis seminibus Petroselini & apij: Dicitque affligere modo in vesperi modo in nocte. Si sit ex adustione sanguinis melancholiam con-

coquit

eoquit cum sirupo acetoso, oxifaccharo, cum decoctio-
 ne sen, epythimi, enfeura, dicitq; contingere modo in au-
 rora, modo vesperi. Sauiorola etiam tractatu de febrib;.
 c. 15. rubrica. s. de cura quartana phlegmatica, asserit acetū
 in via cibi sumendum non esse, sed in via medicina ad sub-
 stiliandum, aperiendum, incidendum. Platearius practica de
 febribus. c. 5. humorem quartanae periodicae a principio dia-
 gerit, cum oximeli composito ex radicibus foeniculi, Petro-
 selini, & apij. Ego vero neque opinioni graecorum dissentio
 si recte intelligatur, neque possum non persuaderi, & mo-
 ueri ex opinione tantorum medicorum, medicinis & siru-
 pis acetatis in quartana utentiū: qui in medicinis experien-
 dis, tantam laudem sibi compararunt. Nec credo arabum
 opinionem Hippocrati & Galeno contradicere. Ipsi enim
 vsum aceti prohibent in morbis ex melancholia, scilicet vt
 acetū neq; vt cibus, neq; vt medicina propinetur. Sed si me-
 dicinis ipsum temperatibus misceatur, quid eo vti vetabit?
 sicuti in multis alijs hoc contingit. Mel nanque millies ab
 omnibus vituperatur in febribus, vt pote caliditate febrem
 augens, praeter id quod bilescit, ceterum aceto mixtum
 magnā prerogatiuā habet in putridarū febriū humore co-
 quendo. Vt colligitur ex Gale. 8. methodi. cap. 4. cuius ver-
 ba sunt. Oximeli vero solum neque febres accendit, &
 strenue detergit: sic vt ea quae glutinosa & crassa sunt, dis-
 soluat, & meatus obstructos liberet. Et idem mel aqua com-
 mixtum febribus conuenire asserit, educendo ea quae in
 primis hepatis venis & mesenterio sunt excremeta. Quem-
 admodum enim mel per acetum correctum, in febribus pu-
 tridis continuis conuenit. Nimirum quod acetum per mel
 vel saccharū correctū (vt in febre quartana) & reliquis ex-
 eodē quartanae humore possit conuenire pro incisione &
 attenuatione faciēda: cū humor in ea terreus & crassus sit.

Et quanuis aliquod discomodum in quartana ex medicinis acetatis sequeretur, iuuamentum quod ex apertione & incisione pronēit, est maius: Propter quod Mellue, vt loco citato refert Sauonarola, commendat sirupum acetatum in colera nigra, quia facit medicinas penetrare ad locum ad quem sine aceto penetrare non possent. Vnde iuuamētum est maius nocumento. Et præter id quod in sirupis acetatis corrigitur aceti nocumento per mel, & saccharum, non soli propinātur, sed alijs sirupis calidis mixti. Serapia autem in hac febre conuenientia sunt, sirupus borraginis, fumiteræ, capillorum veneris, de epythimo & de bizanzijs, depomis, sirupus fabor regis, debuglosa, & lupulis: iuxta varias melancholiæ species quartanam efficientes. Cum quibus pro penetratione, & incisione potest addi aliquid sirupi acetosi aut oximeli, cum aquis buglosæ, mellissæ, feniculi. In initio autem morbi vt doctè refert Amatus centuria prima curatione. 8. non transcendere oportet sirupam ex epythimo cum decoctione sen, aut cassiam fistularem, aut electuariū diacatholicō. An tamen in die accessionis purgare sit cōueniētius in quartanis. Amatus Lusitanus vbi supra in omnibus interpellatis febribus in quibus humores crassi sunt, & euacuationi rebelles, in die accessionis consulit esse purgandū: adducitq; authores Arculanū & Auicena. f. 1. 4. r. 2. c. 12. qui ad sedandum rigorem dāt agaricum, diacitonitem, diaphinicon & hieram, & pillulas foetidās. Vbi gentilis ita fecisse declarat. Adducit insuper Hipochratem. li. de affectionibus. Dicitq; alteretum magistrum suum eandem sententiā ex cuius opinonis sunt duæ rationes. Prima quia in die interpellationis euacuatur causa antecedens, cum illo die nulla sit febris: in die vero accessionis præter causam antecedentem euacuatur etiam causa coniuncta: vnde accessio interpellatur, ne ad aliam accessionem disponat. Secundo quia

quia humor motus indie accessionis facilius euacuatur. Quibus non obstantibus, contraria opinio apparet verior, & antiquis sapientibus conformior. Nullus enim antiquorū euacuationem indie accessionis cōcedit. Dato enim quod Auicena loco allegato ad rigorem sedandum cōcedat electuaria solutina & pillulas, id est quādo magnum imminet periculum ex rigore, & non est alia via, nisi humoris rigore efficientis euacuatio: vt ibi notat gentilis. Neq; euacuatio fit nisi respectu rigoris, & non ratione causæ antecedentis, neq; coniunctæ. Quam euacuationē pro rigore euitādo cōtradicit Iacobus de partibus, dicens: in rigore tutius esse, dimittere medicinas ore sumendas, præcipue laxatiuas: & his solis vti, quæ exterius adhibentur. Quia aut virtus est fortis, & tunc dimittenda est operari, & non occupanda in reductione medicinarum de potentia ad actum: aut est debilis, & tunc non sustinet simul violentiam rigoris & commotionē pharmaci. Præterid quod tam ægri quam assistentes mala quæ contingunt, imponere solent medicinis purgantibus, potius quam morbis: ex quo perijt medicorum opinio. Et confirmatur quia Auicena. f. r. 4. t. 2. c. 63. iubet expresse in quartana, euacuationem debere fieri per diem post accessionem, qui dies est ante accessionem. Vbi clare Auicena diem vnum interponit inter accessionem & medicinam. Cuius causam assignat gentilis, quia illa die virtus est fortior, & humor melancholicus magis cumulatus. Et circa loca in quibus existit, incipit aliquem habere motum: licet non ad extra venas. Herculanius autem, quem allegat Amatus Lusitanus, aut sibi non constat, aut contrariam Amati sententiam tenet. Quod scilicet euacuatio per pharmacum non fiat indie accessionis. Nam. f. r. 4. t. 2. c. 65. dubitans, an indie accessionis conueniat vomitus, concludit indie accessionis esse vomendum, & indie quietis siue interpellationis

esse pharmacandum: quo tempore dicit fieri tutius. Quia in die accessionis virtus non potest pharmacum regulare, ita vt effectum euacuationis compleat. Neq; valet ratio eorū qui pharmacū in die accessionis propinant. Videlicet quod humor est in motu, & facilius expelletur. Quia quomodo certi erimus quod pharmacum ager in humorem motum, immoto relicto. Imo credendum est in vtrunq; agere motum & non motum. Et sic magna fiet commotio & vexatio. Eandem sententiam confirmat Sauionarola. c. 17. rubrica. 2. de cura quartanæ, summopere negans in quartana euacuationem in die accessionis. Dicens quidam dederunt in principio accessionis medicinas fortiter educentes melancholiam, quos non sequaris, quanuis sibi aliquando bene successerit. Est enim rectum Ab errore. Neq; caret reprehensione, sicut dux errans, quamuis sibi bene succedat. Gilbertus etiam hanc quæstionem mouens, vt refert Nicolaus florentinus. Suma. 4. sermo. 2. distinctione. 3. concludit & Nicolaus Florentinus cum eo, quod pharmacum propinetur in die interpellationis, & non in die accessionis. Cum enim natura per accessionem debilis fiat, & retrahatur, per multitudinem & crassitiam humoris accessionē facientis, exigui meaty adeo obstruuntur (maxime circa cor) vt agri suffocantur. Vt notat Galenus. 12. metho. c. 5. quanto magis suffocabuntur, si præter motum à natura expellenti factum, simul pharmacū moueat. Ne igitur suffocentur, aut debiliores facti morbo succubāt, melius erit in die interpellationis euacuare. Idē tenet viator hac ducty ratione. Quia p euacuationē in die interpellationis, natura alleuiata, melius morbū in die accessionis regulabit. Quod non solū est intelligendū & euacuatione per pharmacū, verū de quacūque alia euacuatione siue motiōe. Vnde reprehēduntur quidā, qui die accessionis balnea ppinarūt: imo neq; vrinā illo die licet puocare:

Vt notat Auic. f. 1. 4. t. 2. c. 39. cuius verba sunt. Et non moueas in die accessionis, aut prouoces vrinam cum emulsiōne seminum. Vbi Iacobus de Partibus Avicennæ sententiā exponens, & confirmans, illud asserit esse ne natura circa expulsionem humoris febrem efficientis occupata, per diureticum distrahatur, ad reductionem diuretici, de potentia ad actum. Et quia diureticum mouet humores contrario motu, quam mouetur per accessionem, de circumferentia scilicet ad centrum: per accessionem autem mouentur de centro ad circumferentiam. Quæ Iacobi ratio etiam concludit, in die accessionis non esse purgandum. Quia cum natura humorem accessionem facientem, moueat de centro ad circumferentiam, pharmacum autem de circumferentia ad centrum, resolutionem humoris accessionem facientis impiedit, & prohibebit, ne per poros resoluatur. Præter id quod magna fiet contra operatio naturæ, quæ potius in suo motu iuuanda est, quam impiedenda. Quæ nãq; ducere cōuenit, quo maxime natura vergit, eo ducere. Rasius etiam.

10. Almanforis. c. 8. loquens de euacuatione in febre quartana hæc verba asserit. Medicina quoq; mouens, in sequenti die post febris laborē dāda est. Quib9 verbis clare cōstat, in die accessionis purgandum non esse, quod magis declarat. c. 10. immediate sequenti, loquens de febre quintana sextana, & alijs, quæ ex eodem quartanæ humore sunt, per vnum diem ante accessionē iubet esse purgandos, in die vero accessionis iuber vomere.

DE FEBRIVM QVINTANAE,
SEXTANAE SEPTIMANAE
NONANAE CAUSIS SIGNIS & MEDELA cap. III.

RARO

^d
Raf. l. diuisionū.
c. 155.

^b
Ga. l. mor. vulg.
com. 3. tx. 2. σ .
l. dif. f. c. v. infi.

^c
t. 2. c.

^d
Am. f. l. 4. t. 2. c.
67.

^e
Mal. 3. pract. c.
19.

^f
Raf. 10. d. m. c. 10

RARO euenit accessio quartum diem per transiens: si tamen contingat, ex crassis humoribus continget. ^a Septimanum & nonanum circuitum quidam asserit, non uisisse vnquā, nec clare nec obscure. Alios uero duos circuitus uidisse refert, obscure tamen. ^b Harum febrium humor humori quartanæ est homogeneus, sed paucior & crassior illo. Quando enim multus est, quartanam efficit: quod si liquefactio multiplicetur, & frequentes fiant euacuationes sensibiles & insensibiles, ad hecticam æger dispõitur, & nõ remanet ex humoribus, nisi quod crassius & parum est: quæ duo faciunt accessionis tarditatem. Et quod quartanam facere debuisset, quintanam efficit. ^c Et harum febrium cura aliquando appropinquat phlegmaticæ, unde cõuenit superfluum ieiunium: ita ut uirtus non multum debilis fiat, & somnus ut humorem crassum concoquat. Conuenit vomitus cū elleboro & semine Raphani: & post illud administratio theriacæ: & sudare in balneo calido, absq; aquæ perfusione. ^d Alius has febres semper fieri asserit, ex melancholia: unde curentur cura quartanæ, & fiat vomitus, cum decoctione anethi, & sale indo, & melle: qui indie accessionis fiat: & pro humoris coctione quia crassus est, licebit trochiscis aperientibus uti, & subtrahantibus. ^e Alius cum distinctione ioquitur: uidelicet quando æger crassus, comedendi auidus, & gulosus fuerit, curetur sicut phlegmatica. Si tamen siccus & macer fuerit, curabitur cum his quæ coleram purgant nigram, & regantur regimine quartanæ. ^f

SCHOLIA.

AN eo modo quo febres quintanæ, septimanæ, nonanæ, ex sola melancholiæ paucitate crassitieq; quartanæ

nae periodum transcendunt, idem de colera & phlegmate cōtinget: propriosq; variabunt periodos: ita vt ex phlegmate quod ad putredinem moueri debet, si paucum & crassum sit tertianum circuitum facere debeat: & si colera paucior & crassior ad putredinem moueatur, proprium circuitum variabit, & quartanum circuitum faciet: Quod & si Auicenna. fen. 1.4.t.2.c.66. Tanquam possibile relinquat, illud tamen duplicet gentili dicitq; eundem Auicennam, contrarium sentire. fen. 1.4.t.2.c.1. Vbi affirmat humorum periodicationes a formis ipsorum specificis procedere. Quam contradictionem diluere, erit facile: si intelligamus humorum periodicationes a suis formis esse, si in terminata & iusta humoris quantitate ad putredinem moueantur. Magnes enim quamuis a sua forma specifica ferrum attrahat, si nimis pauca quantitas sit, illud non attrahet. Vnde melancholia quamuis ex sua specifica forma de quarte in quartum suum faciat circuitum, si tamen pauca & crassa sit, nimirum si ad quintum diem suam periodum extendat. Quibus non obstantibus, ad huc instat Franciscus Balleus. 5. suarum controuersiarum, lib. c.25. non enim eo modo, quo ex melancholia in parua quantitate ad putredinem mota, circuitus variatur ad quintum vel sextum diem, ita ex phlegmate si in parua quantitate ad putredinem moueatur, ex quotidiano circuitu faciet tertianum: neq; ex colera, si eodem modo in parua quantitate sit, ex tertiano circuitu quartanum faciet. Saltem cum perseuerantia. Sed per breue tempus suos circuitus anticipabunt, aut aliter variabunt, longo tamen tempore suarum formarum periodos variare non possunt, sicuti melancholia: quae per longum tempus & ad longa interualla suos circuitus variat, si pauca & crassa ad putredinem mouetur. Cuius diuersitatis causam idem Balleus subtiliter dicit esse, quia melancholia cum terreus sit humor, omnibus humoribus diffici-

lius discutitur, & neq; putredine neq; vstione in aliud humorum genus transire potest: quod in phlegmate & colera deficit. Phlegma enim per putredinem in bilem, colera vero in atram bilem seu melancholiam conuerti possunt. Atra vero bilis extra suum genus transire non potest. Quauis possit deteriore qualitate acquirere. Vnde si phlegma vel colera infra iustam quantitatem pro suo circuitu faciendo in aliqua corporis parte contineatur, sensibili aut in sensibili resolutione illico discutitur: aut ex membrorum calore in aliam humoris speciem conuertitur. Neq; minori ratione dubitandum censeo id quod à Rasio & Auicena hic dicitur, vt plurimum a phlegmate crasso has febres fieri, & veluti febres quotidianas esse curandas: cū ex eodem humore fieri debeant, ex quo quartana fit, puta ex melancholia. Cui dubio Nicolus satisfacit tract. 2. sum. 4. sermo. 2. distinct. 5. dicens has febres fieri ex phlegmate in melancholiam conuerso: quod dupliciter fieri posse asserit: aut per phlegmatis adustionem, aut per ipsius miscellam cū alijs adustis & melancholicis humoribus, ad vnā formam per talem mixtionem redacti. Ex alijs vero melancholiarum speciebus factis per adustionem prædictæ febres fieri non posse asserit. Quod etiam notat Herculanus super Auicena hic. Cum enim per adustionem gignantur, adeo incinerantur, vt amplius putrefieri non possint. Aut si putrefiant, vapor putridus qui febrē deberet causare, ad eorū nequit peruenire. Hoc tamen fallere asserit, in melancholia ex phlegmate per adustionem facta: quia ratione suæ maxime viscositatis. Si mediocriter aduratur, facit quartanam, quod si amplius aduratur ad huc manet humiditas in eo, vt putrefieri possit & quintanam efficiat. Eo modo quo carbones facti ex lignis viridibus maiorem flammam emittunt, quam ex siccis. Et secundum quod phlegma crassius aut viscosius est, ita quintana vel

sextana vel septimana efficietur. Phlegma enim naturale si aduratur, vel alijs adustis humoribus misceatur, quintanam efficiet, acetosum vero quia frigidius & viscosius est, sextanam. Vitreum autem septimanam. Manardus tamen. 9. suarum epistolarum libro, negat melancholiam ex phlegmate posse fieri. Quia ratione suæ superflua humiditatis non potest tantum aduri, vt ex eo cineres fiant. Quin prius aut totum consumatur, aut dissipetur. Quod probat quia de ea Galenus mentionem non fecit: quanuis in libello de artrabile omnium melancholiz specierum meminerit. Et adeo impossibile putat ex phlegmate melancholiam fieri per congelationem. Quantuncunq; enim inspissetur, & congeletur naturam phlegmatis amittere non potest. Vt est videre in phlegmate gipseo, quod omnium compactius est, & tamen humectationem habet, eo modo quo gelu ex aqua factum, humectabit, sicut aqua. In harum febrium curatione, perplexus apparet Auicena, fen. 1. 4. tract. 2. c. 67. eius enim verba sunt. Et indiget in curatione earum superfluo ieiunio, & subtiliatione cibi. Et subdit & iterum indiget in crassatione regiminis, vt non destruat in eo virtus. Et sūt ista duo sicut duo cōtraria. Vnde Iacobus de partibus indie accessions, & indie immediate præcedenti, abstinentiam consulit: vt natura promptior sit, ad materiam accessions resoluendam, aut expellendam: quibus diebus consulit ius pulli dari, aut amigdalatū, aut ordeatum. In potu vero aquā mulsam. (ab hac tamen ratione dietæ excipit quintanarios quibus hæc cibi subtiliatio nō conuenit. Quia quintana aut parū ante hecticā, aut parū post hecticā fieri affirmat.) in alijs vero diebus crassiori victu victitat. Sauonarola vero. c. 15. rubrica 8. melius huic dubio satisfacit, dicens, in harū febrium principio cum humor crassus sit, vtendum esse subtili dieta: quia vero febribus alijs sunt longiores, ne in processu cadat virtus, crassiori dieta vti consulit.

DE FEBRIB. PESTILENTIBVS
 DE FEBRIBVS PESTILENTI-
 BVVS, TRACTATVS DECI-
 mus. De causis signis, febris, pe-
 stilētis. Caput. I.

FEBRIS pestilens est, quæ cum multa caliditate sitim
 inextinguibilem facit, & in qua bilis omnis generis vo-
 mitur, & fœtidæ sunt alui excretiones ac virulētæ: ita vt pa-
 ludum graueolentium sint similes. Urinæ multæ & tetri-
 odoris, pulsus parui obscuri. ^a Hæc tamē intēsa caliditas nō
 adeo exterius sicuti interius manifestatur: est enim exterius
 quieta, & interius intēsa, angustiam inferens, & cōturbās,
 cum magnitudine anhelitus, & eius fœtore. Qui multoties
 constringitur cum casu appetitus: cui si non resistitur cū ci-
 borum assumptione violenter, moriuntur: & sudor fœtet.
 Quod si anhelitus etiam fœteat, prænūciat mortem: arguit
 enim putrefactionem in corde esse confirmatam. ^b Et vul-
 gus adinuenit, cognoscere febres pestilentes exoris fœto-
 re, & per expirationem fœtidam: medicus vero magis eas
 cognoscere tenetur ex calore erisipelatoso, vel simili de pas-
 centibus herpetibus. ^c Et sunt hæc febres deceptoræ: non
 enim in eis apparet multa caliditas, neq; acuitas, cui tangi-
 tur æger. Sed sunt lentæ & tepidæ exterius, interius autem ve-
 hementis caloris. ^d Adeo enim in eis interiora vruntur. Vt
 neq; subtilium vestimentorum, neq; lintheolorum velamē-
 ta, neq; aliud quicquam præter nuditatem ferre possint. Est
 enim eius calor per putredinis excellentiam ab alijs febribus
 putridis differens, vnde cum pustulis tales febres con-
 tingunt: & a symptomate maximo suæ putrefactionis pesti-
 lentes dicuntur. Quauis enim non per vrentes appareāt,

^a
 Gal. definitiones
 medi. c. x. c. 178

^b
 Aul. f. I. 4. t. 4
 c. 2.

^c
 Gal. 3. præf. ag. ex
 pls. c. iij. c. 450.

^d
 Rasi. Io. alm. c.
 26.

interius tamen magno flagrant incendio. Est etiam in his febribus pruritus maximus per membra propter quem fortiter se scabiant, & exconiant, propter sanctos humores qui sub cute saniantur. Et si videris nauseam frequentem cum febre tepida, tunc suspicari licet, quod sit febris pestilentialis: & proprie quando multiplicatur. Pro maiori parte febres pestilentes incipiunt, ex inspiratione aeris viciati a putri euaporatione, cuius causa est multitudo cadauerum non crematorum, sicut in praelijs contingit. Aut ex euaporatione ex paludibus, vel lacubus canosis ætatis tempore. Contingere etiam potest ob humores ad putrescendum paratos: cum aliquam occasionem ex aere ambiendi ad putredinem susceperunt, scire enim oportet pestilentes morbos non hominibus accidere, ex aeris tantum corruptione, sed ex malis humoribus in corpore genitis. Sola enim caliditas & humiditas pestilentem constitutionem efficit, quando in corpore ex vitioso victu præcedenti, sunt humores ad putrefactionem idonei. Quod sit principiū pestilentis febris. Sicuti enim ex siccitate aeris febres sunt colericæ ita ex aere superflue humido aut turbido vaporibus putridis cōmixto fiunt febres pestilentes. Quando igitur virtutes agentes cælestes, & patientes terrestres aerem turbidum & humidū efficiunt, qui veniens ad cor, & spirituum complexionē corumpens, putrefit, fit pestis. Vnde in ijs qui humores vitiosos habent, pestis magis imprimit: aer enim pestilens inspiratus, tales humores velociter alterat, propterea quod in malitia ad inuicem sunt consimiles. Vnde febres fiunt pessimæ & tahananæ: quod Arabico nomine sonat febres cōminuentes & necantes. Et complexio calida & humida ad febres pestilentes est periculosior, vt puerorum & adolescentiū. Corpora etiam debilia ad has febres apta sunt, sicuti hominum coitum multiplicantium, & corpora humida rarorum

Gal. 6. mor. vni.
cometo. l. m. 29.
col. 611. 612.

f
Auz. l. 3. t. 3. c. 1

g
Rasi. l. diuis. c.
158.

h
Gal. I. dif. f. c. iij.
col. 119

i
Aui. f. 1. 4. t. 4.
c. 1.

k
Hali. 5. theo. c. II

Aui. f. I 4. l. 4.
c. l. inf.

pororū & balneis vtentia. Harum febrium pulsus medicos optimos decipiunt: multoties enim per totum morbum pulsus habent parum à naturalibus distantes, & tandem moriūtur. Ex caloristamen acredine cognoscitur à principio, pest

Gal. 3. presq. ex
pul. c. II. c. 4. 4. 5

simæ hominem affectum esse, & a peste correptum. Et nō solum patridæ pestilentes, verum hæcticæ pestilentes villæ sunt, publice grassatæ, quas vt ab alijs cordis inæqualitatibus (similem speciem præferentibus) distinguas: considera colorem crispelatosum herpetibus de pascentibus similem: & ex tactu caloris, & ex vrina, & ex cibi abominatione, & magna siti: si medicus solerti ingenio sit præditus, futuram pestem præcognoscet. Si enim ambiens nos acris pestis causa sit, inuolacribus erit prior interitus. Si vero ex prauis vaporibus e terra ægredientibus, interitus erit in quadrupedibus. Cognoscetur etiam ex symptomatibus plurimis & manifestis: sicuti bilis vomitu, præcordiorum distentione, dolore, sudore multo, extremorū frigiditate, vrina nigra, malas sub

Gal. 3. presq. ex
pul. c. III. c. 4. 4. 9
4. 5. 9.

fidētias habente, æstu in thorace, lingua arefacta, vigilia, viceribus prauis, carbunculosis & pernitiōsis. Imo & in plantas inprimunt pestilentes constitutiones. Ita vt plantas videas siccare, & in citrinum conuerti colorem. Videbisq;

Acti. ter. 2. f. l. c.
95.

in arboribus quodam simile erugini vel melli,
& horum arborum fructus comedentibus, pessimi acidum morbi.

Halia. 7. theo. c.
xv.

SCHOLIA.

MEDICI antiqui dum febres tractant pestilentes, tribus præcipue terminis vti solent. Nēpe epidimia, pestis, & febris pestilentialis. Quibus nōnulli vt sinominis vtuntur. Veluti Auēz. qui. 3. theis. tract. 3. c. 1. & 2. febres pestilen-

tes

tes sub titulo epidimie tractat, cum maximam differentiam cōtineat. Dicitur enim epidimia græce, vt interpretatur Plazētus, morbus per populū grassatus, siue multiplicatus. Reliqui vero morbi qui ijs opponūtur, dispersi morbi dicūtur. Quādo vero ex ijs epidimialibus morbis maior pars cōprehēsorū moritur, dicitur pestis. Ita vt epidimia se habeat tanquā genus ad pestē. Quod colligitur ex Gale. i. demor. vulg. cōmēto. i. col. 402. pestis autē nullā sibi appropriat agritudinis speciem: sed quicunq; morbus per puinciam vel populū grassatus, magnā partē cōprehēsorū interimit, dicitur pestilens. Et dato quod affectus pestilens qui vnum occidit, idē sit cum eo qui occidit plures, non dicitur pestis, nisi per multos grassetur, & ex eis plures moriātur: siue sint antraces, siue carbunculi, siue apostemata in inguinibus, siue catarrhi, siue tertianæ, siue acrij cuiuscūq; generis febres. Et quātis qui libet morbus cōtingēs tēpore pestis, occasionē præstet, vt a peste homo cōprehēdatur: in quātū corp⁹ pāsibile & aprū reddit, vt in eo pestis inducatur, nō tamē ob id quilibet morbus tēpore pestis cōtingēs, dicitur morbus pestilens. Quid quid dixerit doctor Frācisus de Frāco suo de peste tractatu. fol. 63. nisi quo ad dispositionē ad pestē intelligatur. Nō enim morbos dispersos pestilētes vocat Gale. nisi vulgares, quorū maior pars cōprehēsorū moritur, & a pestilenti cōstitutione originē trahētes. Hæ enim cōditiones, vt pestilēs morbus siue febris pestilēs dicatur, requirūtur secūdū Gale. i. & tertio de morbis popularibus. Ita vt Galen. hecīcas ponat pestilētes, conciliator ephimeras, Auic. putridas. Et cū hoc stat bene, quod omnes pestilentes febres a putredine ortū habeāt: nō humorū sed aeris, vt. i. de fe. dif. scribit Galenus. c. 4: c. 117. neque differunt febres pestilentes ab alijs, nisi quia aeri vitiatō siue corrupto misceantur. Et secūdum quod aer vitiat⁹, spiritus, vel humores, vel solida membra

comprehendit: ita hæc vel illa febris pestilentis species resultabit. Vt placet Hieronymo Montuo sua februm halosis. A quo ex præfse deuiat doctor Balleſius. 5. Suarum conrouerſiarum. c. 21. vbi omnes febres pestilentes putridas esse affirmat, neq; ideo esse putridas quia ab aere putrido originem trahant. Allegatq; male exponi Galenū. i. de differ. febr. quando omnes febres pestilentes asserit esse putridas id est ab aere putrido, vt hecticas pestilentes saluent, imo omnes pestilentes febres putridas vocat Galenus, secundū Balleſium: quia ex interna putrefactione fiant. Et hanc putrefactionem inquit reperiri in hecticis pestilentibus in ipsa cordis substantia, vel in succis, qui proprium illius sunt alimentum: in humoralibus vero pestilentibus putreficere dicit humores cordis. Salua tamen pace tanri viri difficile est hecticas pendere febres ab interna putredine. Febres enim hectice omnino sunt independentes. Ipsum tamē laudo quando febres ephimeras pestilentes negat: quanuis in eo Hieronymo Montuo opponatur. Quia, vt ex Galeno constat. 3. de crisiſibus. c. 13. omnino periculo vacant, ex quibus constat deceptum esse Antonium de Gradi sua de febribus praxi, pestilētem febrem diffiniētem, febrem putridā esse, cōtinuam, conclusam, contagiosam, exputrefactione humorum inuentriculis cordis contentorum: cum non omnes febres pestilentes humorales sint. Decipitur etiam affirmās in febribus pestilētib; omnes humores simul putrefcere. In quo dicit, pestilētes febres differre ab alijs putridis nō pestilentibus: in quibus vnus tantum putrefcit humor. Quod magis apparet imaginatum, quam ratione fulcitum. Non enim est credendum, omnes corporis humores adeo esse deprabatos, vt omnes aptitudinem præstent, ad similem putrefactionem imprimendam. Nicolaus vero Florentinus putridas febres pestilentes ab alijs putridis febribus non pestilentibus

tib9 differre afferit. trac. 2. suma. 4. sermo. 2. distinctio. 6. c. 2. quia putridæ pestilentes determinatam causam habent, aeris scilicet, aquæ vel terræ putrefactionem. Quam reliquæ humorales febres nō habēt. Secundo quia pestilentes febres maligniores, & a maligniorib9 causis sunt, & deteriora symptomata habēt. Tertio quia in febrib9 pestilētib9 putrefactio est principaliter in humoribus cordis, minus principaliter in venis: quod in alijs febrib9 e. diuerso contingit. Hanc tamen habent utraq; febres conuenientiam, quod neutra illarum eligit necessario sanguinem: imo in quocunq; alio humore utraq; earum potest imprimi. Prout colligitur ex Galeno. 1. de differ febr. c. iij. col. 120. vbi febrem pestilentem afferit non omnes comprehendere, sed eos tantum, qui ratione suorum dispositionis humorum aptitudinem præstant, vt a febre pestilenti comprehendantur. Et sic illum humorem sibi appropriabit, qui ratione suæ distēperiei maiorem præstat aptitudinem, vt putrefiat. Vnde quemadmodum in putridis non pestilentibus aliquæ sunt sanguineæ aliquæ pituitosæ aliquæ melancholicæ, ita aliqua pestilens febris erit sanguinea, aliqua colerica, aliqua phlogmatica, aliqua melancholica, aut plures humores simul comprehendet (quanuis hoc non sit necessarium, vt Antonius de Gradi afferit) si plures humores ad illam cōtagiem simul præstent aptitudinem. Quod cognoscetur ex modo conclusio nis febrium, & ex modo conuertendi se ad intensiōem & remissionem quotidie, vel de tertio in tertium, vel de quarto in quartum. Neq; est de ratione pestis vt febrem coniunctam habeat. Vt docet doctor Franciscus de Franco suo de peste tractatu. c. 1. allegans Galenum super Hippocratē lib. de peste comment. 56. infectio autem pestilēs attribuitur magis aeri, quam aquæ & terræ: quia aer facilius recipit impressionem pestilentem, tam à superioribus, quam ab inferioribus

bus caulis, & quia vapores & exhalationes à terra, & aqua
 exeuntes illico aeri permiscuntur: & secundum plurimum
 alterant corpora mediante aere. Et sic homines qui per res-
 pirationem, magis attrahunt aeris, magis & sæuius à peste
 comprehenduntur. Ex quo soluitur problema magnam in-
 gerens difficultatem, quanuis illud vulgariter experiamur.
 Propter quid si si senex & iuuenis simul à febris pestilenti cor-
 ripiantur, citius perit iuuenis, quam senex: quanuis de vir-
 tute plus habeat iuuenis. Quod ideo cõtingit quia cum febris
 pestilens ex inspiratione fiat aeris venefici, & iuuenis ferui-
 dum habeat calorẽ, necesse est vt ex aere venenoso & cau-
 sa pestis plus attrahat. Senes vero propter eorum remissum
 calorem. Paucum aeris venefici attrahentes, minus à peste
 offenduntur. Pestilens etiam constitutio quæ est ab aere, de-
 terior est, & citius interimit, quam quæ ab aqua & terra. Nõ
 enim quæ ab istis emergit, seextõdit de regione in regionẽ,
 nec de ciuitate in ciuitatẽ: sed vni regioni & ciuitati appro-
 priantur. Significant autem has aquæ vel terræ pestilentes cõ-
 stituciones, quod animalia quæ incauernis degunt & sub a-
 quis, sua loca deserunt, & altiora loca petunt. & multa ex eis
 moriuntur. Pestem vero ex cibis corruptis significabit pri-
 uatio corruptionis aquæ, terræ, & aeris, & quod apparent in
 ægris Antraces, prunæ & pustulæ. Quo autem modo aer, a-
 qua, & terra possint putrefieri, cum corpora sint simplicia,
 putrefactio autem mixtionem requirat: Est enim humidum
 a sicco separate, secundum Aristotelem. 4. metho?huic du-
 bio poterit responderi: omnia præter ignem putrescere se-
 cundum Aristotelem. 4. metheororum. Quia ignis reliquis
 elementis est actiuior, & eius caliditas adeo est intensa, vt
 non reperiat caliditas putrefaciens, quæ suam superet ca-
 liditatem. Aliter & melius dici potest: omnia elementa pu-
 trescere præter ignem: quia omnia alia excepto igne, non

pura sed mixta reperiuntur. Ignis autem propter distantiam magnam quam habet a vaporibus & exhalationibus terræ & aquæ simplicissimus est. Possimus etiam dubio cum gentili satisfacere. f. 1. 4. t. 4. c. 1. dicendo, quod aer & aqua quavis pura elementa non sint & simplicia, quia tamen veris & simplicibus simulantur non vere putrescent sicuti cadavera & fructus. Quæ quia vere mixta sunt, vera putredine putrescunt. Aeris vero & aquæ potius erit putridorum vaporum receptio quam putrefactio. Ex quo dicit cessare contradictionem Avicennæ cum eodem Avicenna. Quando enim lib. 1. dicit aerem & aquam composita esse ex quatuor elementis, illud affirmat: quia non sunt vere simplicia. Quando vero inquit quod non vere putrescunt, est quia cum sua compositione, cum corporibus simplicibus maximam similitudinem habent.

DE CVRA FEBRIVM PESTILENTIVM.

Caput. II.

PRAESERVAT à peste humiditates corporis ex siccare, cibum minuere, non balnari, neq; vti exercitio, & cibis vti ad acetosum declinatibus: ita vt carnes in acetosis decoquantur. Iuuat capparitis in aceto, & administratio theriacæ mitridati. Et sumatur ex medicamine facto ex aloë & mirrha, quasi quantitas. drach. viij. ^atheriaca enim securū est ^{Avic. f. 1. 4. t. 4.} ^{c. 5.} ficit vt etē, ab occurſu pestilentiū febrīū, & hoc antidotū peste correptis, adeo visū est, pdesse, vt nullū aliud p̄sidiū idoneū sit, tāto malo resistere: ad q, etiā iuuat aerē mutare, ipsūq; al-

b
G. de therica. ad
piso. c. 27. col.
366. 367.

c
Halic. I. practi. c.
26. prope fin.

d
Ga. I. dif. fe. c. iij
col. 121.

e
Ga. 5. meth. c. 12
col. 134.

f
Cornel. cel. l. 3. c.
7.

rare: siue igne ipsum siccando, siue optimos odores per ipsum spargendo. *b* Quod si ab illa regione in aliam transire nolit, fiat habitatio in locis altis, extra aerem in factos vapores continentem, aut in subterraneis pauca humiditatis. Quas multus aer non pertransit. *c* Præseruat etiam a peste hominem a superfluitatibus euacuare, & ipsum bene spiratorem facere, & foraminum obstructions aperire, & abstergere, & causæ pestilentiam inducenti aduersari. Et hæc eadem curant febres pestilentes. *d* Vnde multi a peste euasere, quia præeuacuatū, & præsiccatum fuit eis corpus: siue per vomitum siue per secessum. Et illis qui euasserunt, pustule (quas exanthemata vocant) nigrae per totum corpus exierunt. Quæ erant reliquæ sanguinis, qui putrescebat: & eas natura veluti cineres ad cutem expulsi. *e* Quauis tamen prædictæ euacuationes corpus exiccando, a febre pestilenti præseruāt. Præsentem tamen febrem, non erit vtile, fame vti neque medicamentis alium ducentibus. Sed si vires consentiant sanguis mittendus. Præcipue si cum febre sit dolor: si vero vires non consentiant, vbi febris leuata est, vomitum adhibere conuenit. Et in hac febre maturius balneandum, quam in alijs. Et vinum maturius propinandum. Nam sicuti hæc febres pestilentes cæleriter infestant, ita maturius auxilia sunt rapienda, cum quadam etiam temeritate. In pueris tamen minus sanguinis extrahendum, & magis nutriendum, & a vino abstinendum. Neque vigilia, siti, fame sunt curandi. *f* Alius balneum negat, & aquam calidam, & lac recens, quauis concedat lac acetosum cum farina ordeii: & rob ex fructibus acetosis & stipticis: vt ex Granatis, ex succo vberum acerbæ, & piris, macianis, acetositatem citri. Quod si nullam istorum reperiat, dandum acetum cum aqua. Daturque quotidie trochisci de camphora, cum robore de citris. Et superponatur peccoribus eorum emplastrum ex sandalis, & camphora, & aqua

qua rosacea. ² Alius vinum negat, conceditq; granata pira, poma muza, & a cerba, pruna, persica, & bibere aquam cum niue. ³ Et maxime si pectus ardeat Quo casu, pectus etiam praedicto emplastro epithematum. Potioq; frigida nō paulatim tribuatur: nam hæc magis calefacit. Et si cum interiorum ardore frigeant extrema, & venter colliquatur, corū extrema sunt calefacienda. ⁴ Et si cum extremorum frigiditate morbus prolōgatur, ita vt hypochondria tendatur, necesse est frictionibus caliditatem exterius trahere. Quod si sanguis non fuerit vincens, sed alij humores, pharmacis euacuentur, & alteretur aer ad frigidum, sternendo per domum habitationis ægri extremitates arborum frigidarum, eandemq; frigidis irrorando, veluti camphora, aqua rosacea, sandalis, aqua salicum, & nenuphare. Pro sanis autem rectificetur aer cum xilo aloë crudo, & ambra, thure & cāphora, & styrace, & sandaraca. Pro vtrisq; vero, Sanis videlicet & ægris, fiat suffumigatio cum sandalis, camphora, & aqua rosacea, corticibusq; granatorū, mirrha, & malis citonijs, tamarisco, & ribes. Et quando cadit appetitus, cogantur ad comestionem. Nam illi qui viriliter agunt, & violenter comedunt, liberantur a morbo. ⁵ Et si febris pestilēs fiat ex mutatione substantiæ aeris, a vaporibus putridis secum commixtis, tam cibus quā medicinis aeri nos opponemus: materiam sibi commixtam amputando, & euacuando humorem aeris corruptioni consonum. Si tamen non ex mutatione substantiæ aeris, sed eius alteratione fiat, quoniam hæc alteratio cōmuniter est in excessu caliditatis & humiditatis, ægrum phlebotomabimus, deinde superflua calida purgabimus. Post quod regimine infrigidante & desiccante vtendum. Et caueat ab aere calido & a sole. Imo vtatur requie in domo frigida, prope occursum aquarum in habitaculis altis oppositis aquiloni. Vtatur etiam balneis dulcis

⁸
Raf. Io. alm. c. 15
h

Halia. 1. practi. e
26.

ⁱ
Paul. 1. 2. c. 36. pa
88.

^K
Aut. f. 1. 4. t. 4.
c. 4.

aquæ. Et si pestilentia aliqua bruta comprehenderit, fugiat
 omnino carnes illius speciei. Conueniunt trochisci de
 camphora cum situpo acetoso, & bolum ar-
 menum aceto com-
 mixtum. 1

Halia. I. pract. c.
 26.

SCHOLIA.

IN febre pestilenti verēda est nimis sanguinis missio. Ex
 perientia nanque constat, multos pestilenti febre affe-
 ctos obiisse, ob venæ incisionem: vel saltem maiori limita-
 tione in ijs febribus est vena secanda, quam in putridis alijs.
 Nam ob prauū humoris qualitatem cor infestantem, breuis
 sine virtus deficit. Neque moueat nos, febrem pestilentem
 morbum esse magnum, deficit enim principalior scopus,
 puta virium robur. Sine quo venam secare non licet. Ne-
 que exanthemata siue pulices percutem exeuntes, robur
 nobis debent significare: illæ nanque potius exeunt irrita-
 ta & prostrata natura, sanguinis malitiam non ferentem.
 Vnde apparentibus prædictis exanthematis desistendum
 ab omni euacuatione, tam per sanguinis missionem quam
 per pharmacum, & vtendum frictionibus. Iuxta Hippo-
 cratis sententiam humorem ducendo, quo maxime natu-
 ra vergit. Quam sententiam tenet Antonius de Gradi suo
 de febribus tractatu, & Amatus Centuria. 4. pagina. 577. di-
 cens: quod post huius pulicularis morbi apparitionem, ve-
 nam secare periculosum est: quia a circumferentia ad cen-
 trum fit humoris benefici euocatio. Si tamen pulices non
 appareant sed apostemata, sanguinem detrahere iubet A-
 uen-

uentozar. libr. 3. theisir. tractat. 3. c. de epidemia. Vbi refert
quendam iuuenem curasse febre pestilenti affectum, quem
cum venæ sectione curauit. Et idem iubet Paulus, si sanguis
abundet. libr. 2. c. 36. supposito virium robore: cuius ver-
ba sunt. Quibus autem sanguis abundauerit, secare venam
opportet. Venæ autem sectionem partiendam iubet Ni-
colus Florentinus distinctione. 6. cap. 7. Quod si venæ se-
ctio non conueniat, iubet sanguifugas apponi natibus, vel
ano: Doctor vero Fracastoreus in tractatu de peste, non
absolute iubet venam secare, sed cum hac distinctione. Si
febris pestilens a nobis incipiat, & non per contagium ex-
aere venenoso: quia causa febris in interioribus est, expe-
dit per venæ sectionem ad exteriora trahatur. Quando ve-
ro pestis incipit ab actis infectione, tunc venæ sectionem ne-
gat: quia per eam causa febris profundatur. Et trahitur ab
exterioribus ad interiora. Hæc tamen distinctio doctori
franco non satisfacit, quia rarissime incipit pestis a nobis.
Aliamque distinctionem magis artificiosam subnectit.
Considerare scilicet an humor peccans sit sanguis, an sit co-
lera præsina aut eruginosa, qualis in hac febrium specie ef-
fe solet: si igitur sanguis peccat, & virtus consenserit, ve-
nam secare iubet: si autem alij colerici humores, phlebo-
tomiam interdicit: iubetque, potius per medicamina ex-
purgantia euacuare. Antonius vero de Gradi loco supra
citato, omnes humores simul in febre pestilenti peccare sen-
tiens, inquit. Quid si sanguis magis quam alij humores pu-
treant: tunc præcedat venæ sectio pharmaciâ. Si vero alij
humores magis putreant, quam sanguis, tunc melius est
purgatione uti. Quod fiat eligendo humorem magis pec-
cantem. Et eandem sententiam tenet Herculanius. fen. 1. 4.
t. 4. c. 4. & sunt, qui dicant, hæc deiectoria pharmaca debere
esse effrenia, sicuti humor effrenis & maleficus est, dicentes
esse

esse clauum clauo pelicre. Sunt alij, qui purgantia medicamenta quauacunq; sint, interdiciunt: inter quos est Celsus. li. 3. c. 7. dicens, in pestilenti febre, neq; fame, neq; medicamentis album ducentibus esse vtendū: quorum loco alijs sudorem prouocantibus vt licet, vt venenosus humor ad cutem trahatur. Mediam tamen sententiam inter has puto veriorem, purgare scilicet, non tamen valido medicamento. Quam sententiam tenet Auenzoar. lib. 3. tra. 3. c. 1. purgationem inquam in febre pestilenti, non debere fieri per medicamenta exoluētia. Imo conuenit ab illis abstinere. Hęc etiam sententiam tenet Antonius Carthaginensis, asserens in febribus pestilentibus, fugiendum esse prorsus pharmacum effrene. Quod etiam confirmat Nicolus loco allegato: consulens coleram euacuare cum Rabarbaro, Tamarindis, & Mirobalanis citrinis, aut cum Rabarbaro & Manna: phlegma vero cum agarico: melācholiā cum sen, epythimo & polipodio: ~~adustus vero humores~~, cum aqua casc, rat arbaro, & fumo terrę. Horum authorū ratio est in prōptu. Cum enim febris pestilens cum seuis symptomatibus semper irruat, & pharmaca effrenia seua etiam symptomata cōmitentur necesse est vtrūq; vires deicere: quarum oportet habere maximam curam. Cum febris pestilens inmediate cordi opponatur. Et hanc sententiam confirmat Amatus Lusitanus centuria. 6. pagina. 415. reprobās in ijs febribus effrenia pharmaca. Quod longa experientia refert comprobasse: referens historiam de duobus fratribus natione Germanis, & ex vno vtero. Qui eodem tempore Romę febrī pestilenti fuere comprehensi, tēpore Pauli tertij. Quorum Lodouicus sumpto pharmaco ex medicinis scamonea tis breuissimē obiit. Paulus autem ex manna & rabarbaro purgatus, euasit. Et simili modo purgare possumus cum cassia sola, aut rabarbaro mixta, siue situpo ex nouem infusio nibus,

nibus, cum aqua borraginis aut iure pullæ, vel cum diaprunis simplici, aut cum pulvere mechocan infuso in decoctione sen, aut aqua buglossæ, aut cum aqua lactis. Et noui quædam medicum, qui pharmacum ita parabat. R. rabarbari electi. drach. 4. agarici trochiscati. drach. 2. electua. refati mesue. drach. 6. tamarindorū subtiliter incisurū. drach. 1. omnia terantur parum, & per noctem infundantur in aqua communi. Et per alambicum in cuius osculo parum sit musci aut galix, ad lentum ignem distilletur. An tamen in febribus pestilentibus expectanda sit coctio, an humor absq; coctione sit euacuandus. Manardus lib. 3. epistolarum. epistola. 2. ab initio in febribus pestilentibus euacuare consulit. Non expectata coctione. Quod ex Galeno. comptobat. 5. methodi. Vbi quotquot ex illa crudeli peste, quam Galenus refert, supererant, fuit humore per vomitum & secessum euacuato. Et quanuis ex Galeno non constet, illas euacuationes per artem factas, imo quod fuissent spontaneæ, & per solam naturam, inde exemplum nobis insinuat natura, ad similes euacuationes faciendas. Præcipue cum in febribus pestilentibus non sit expectandum iudicium neq; crisis, saltem bona. Quanto igitur citius in febribus pestilentibus euacuationes fiunt, tanto securius proceditur. Eandem sententiam tenet Nicolus. c. 12. distinctione. 6. asserens in febribus pestilentibus à principio esse euacuandum. Nam humor venenosus pro sui euacuatione, & eradicatione necessitatem inducit, sicuti humor furiosus aut turgens: sed quia virtus eradicationis euacuationem non suffert, eius loco sub rogatur euacuatio minoratiua. Allegatq; Auicena dicentem: summa curationis est exiccatio id est euacuatio. Cæterū Anton. Musa ad versus Manardum insurgit. apho. 22. 1. sectionis contrariam ex diametro sententiam tenens. Negansq; Galenū intelligendum esse, de alia quam de spontanea euacuatio-

ne: allegans, quod in processu in galliam cū illu strisimo du
 ce ferraræ contigit, inconstititione pestilenti quæ tunc cur-
 rebat: Omnes enim interiire, qui medica mentis fuere pur-
 gati. Antonius de gradi pro manardo aduersus Musam il-
 lico purgate consulit in febribus pestilentibus. Et non quia
 humor turgeat, (vt Manard9 refert, in quo iustissime a Mu-
 sa increpatur) sed quia cum febres pestilentes tam seua in-
 gerant symptomata, esset periculum in mora si coctis spera-
 retur. Quod Antonius de Gradi limitat nisi appareant exi-
 ture albæ, aut rubæ, vulgo dictæ tauardete, tunc enim ab õ-
 ni euacuatione abstinendum. Quod ego manifestissimo ex
 perimento comprobauit in hospitali maiori, cuius habeo cu-
 ram. anno enim. 1569. in huius regni Granatæ rebellionẽ,
 currenti pestifera constitutione, ante pulicum apparitio-
 nem virtus constabat, & euacuationes ægri ferebant: illis
 vero apparentibus adeo deficiebant, vt ex sola pulsus diffe-
 rentia siue distantia ex mediocri ad debilissimum, pulices
 cognoscebam, ægus non discoopertis, ex solo pulsu illud
 prædicens: & cum discoopertis ægris clare viderentur,
 hospitalis ministri qui ibi assistebant admirabantur: quod
 ex solo pulsu illas conoscerem. Quo tempore omnes eu-
 acuationes spernens, nihil aliud agebam, quam eos cibis pau-
 cæ quantitatis & multi nutrimenti nutrire, & cor conforta-
 re: tum ipsum epithemando, tum etiam siropos cordiales il-
 lis porrigendo cum lapide Bezaar: corpusq; oleo commu-
 ni, & aqua calida, & nitro fricabam, vt venenum ad cutem
 traheretur, naturam adiuuans. Aut ventosas scarificatas ap-
 ponebam, maxime si caput afficiebatur. Quibus remedijs
 plures euadebant. Omnes autem qui absque virtutis con-
 stantia, siue per sanguinis missionem, siue per medicamen-
 purgans euacuabantur, periire, medicorum culpa, qui Ma-
 nardi opinionem exequabantur. An vinum in febribus pesti-
 pesti

pestilentibus conuulsiat. Nicolus vinum concedit aqua rosacea commixtum, & addito bolo armeno: vt vinum faciat bolum armenum peruenire ad cor: & bolum armenum reprimat vini calorem, ne ab ipso (ratione febris) cor offēdatur. Eadem sententia colligitur ex Auicena. 2. canone. c. de bolo armeno. Vbi valde ipsum laudat in febribus pestilentibus, cum vino albo subtili mixtum. Galenus vero. 3. de ratione victus in acutis, in febribus pestilentibus vinum reprobatur. Quem ad idem allegat Franciscus de Franco tractatu de peste. Qui aquam ordei contulit, aut aquam abrotanico: ego vero credo prædictos authores, quanuis contrarie loquantur, in substantia non differre. Quando enim Auicena, & Nicolus vinum concedunt, illud intelligendum per viam medicinæ tanquam medicamentum. Quando vero Galenus & alij vinum negant, per viam nutrimenti intelligendi sunt. Laudant etiam authores in febribus pestilentibus per sudorem humorem venenosum extrahere. Ad quod Nicolus laudat saluam imperialem, dissolutam in aqua papularum vulgo amapolas: dosis vero saluæ sit drach. i. aquæ autem vncie. 6. aut prouocetur sudor cum rasura vnicornij in aqua buglossæ dissoluta. Aut cum rebus exterius applicatis, humorem venenosum ab interioribus ad exteriora euocando. Sicuti enim sacculis ex ordeo decoctis, & nimis calefacientibus: aut cum lateribus ignitis vino aspersis, & pannis inuolutis, pedibus iuxta positis. Vomitus autem in febribus pestilentibus potius mouet humorem versus membra principalia, quam cum diuertat: nisi natura humorem beneficum ad vomitum promoueat. Conuenit etiam in ijs febribus virium maximam habere curam. Tum per iura cordialia, tum etiam per medicamenta bezaartica. Et sic hoc iure utendum. Gallina non superflue pinguedinis, & frustrum arietine carnis ex crure minutim

inciduntur, & contundantur tenuissime, & infundo alambici ponantur, & desuper iniiciantur pulueris rosarum rubearum. vnci. i. diamargaritonis frigidi. drach. i. & semis pulueris vtriusq; coralij præparati. ana. drach. i. & ad lentum ignem fiat distillatio. Et amplius nutrietur; si omnia hæc vrnali magno vitreo inclusa, & cooperta, in alio vase aqua pleno decoquantur, donec succus a carnibus extrahatur. Cor etiam hoc epithemate epithemetur: aquæ borraginis, buglossæ, rosarum, mellisæ, ana. vnci. 2. pulueris diamargaritonis frigidi. drach. 2. sandalorum. omnium, ana. drach. i. & in serico rubicundissimo cordi applicetur. Laudant etiam authores bolli armeni exhibitionem, solus Rasi. 30. continentis. tract. 13. c. 2. vigente febre illud vituperat, in quantum causam febris inspissat. Sauonarola autem. cap. 9. de febribus pestiferis rubrica tertia, folio. 31. tres casus excipit, in quibus nullo modo bolum armenum est propinandum. Primus quando est distillatio phlegmatum ad pectus, anhelitum impediendi, aut æger esset stricti pectoris: quo casu pectus constringendo, & phlegmata inspissando, nocet multum. Secundus casus vbi esset repletio in pectore. Tertius quando actu æger a febre pestilenti est comprehensus. Tunc enim cū sint plures vapores putridi in ipso pectore imbibiti, constringentur, & eorum resolutio impiedietur. Conuenit etiam in febribus pestilentibus smaragdus, nimis tritutus inter lapides, præparatusq; cum amigdalorum lacte. Dosis sit. 8. vel. 9. grana. conueniunt etiam ex lapide Bezaar grana. 3. in aliqua cordialium aquarum. Et vt a peste fiat præseruatio (cū pro maiori parte ex ira dei sit propter peccata commissa) notat Sauonarola maximum remedium esse animam mundare, & opera deo grata facere. Quod confirmat Nicolus Florentinus distinctione 6. c. 5. dicens esse remedium tam pro præseruatione à peste, quam pro curatione, auxilium dei inuocare,

care, in temerataq; virginis Mariæ, & beati Sebastiani: cuius præcibus tota prouincia Longobardiæ fuit liberata, sic orantes. Omni potes sempiternè Deus, qui præcibus & meritis beati martiris tui sancti Sebastiani, quandam generalè pestem hominum mortiferam reuocasti, tribue quæsumus, vt qui in simili peste fideliter inuocantes, in tua misericordia confidimus, eius præcibus & meritis, & ab ipsa & ab omni tribulatione liberemur: per Christum Dominum nostrum. Præseruat a peste, vt notat Sauonarola, corpus his pillulis euacuare. Aloes. drach. 2. mirrhæ. drach. 1. croci. drach. semis formetur pillulæ cum vino odorifero. Quas sumpsit ab A. nicena. fo. 1. 4. t. 4. c. de præseruatione a peste: Et vt gratiores sint gustui pro delicatis & pueris possunt sumi pulueres earum in aqua mulla aut aqua sacchari. Bartholomeus Motanana conf. 285. & 286. in præseruando a peste, has duas cõsulit pillulas, duabus horis ante cenam, aut in aurora. R. succi acetosæ, buglossæ, & cicoreæ. ana. drach. 2. boli armeni. drach. 1. aloes hepatici. drach. 3. camphoræ, scrop. 2. fragmẽtorum zafiri, iazinthi, smaragdi, scrop. semis, margaritarum drach. 1. feminum citri, ligni aloes, seminis basaliconis, caratue coralliorum r. heorum, zedoariæ, ana. g. 8. rosarum, violarum, seminis acetosæ, florum borraginis, buglossæ, ana. scrop. semis: species ponantur ad solem, donec succi exhalentur, ex quo duas sumat pillulas, per duas horas ante cenã vel in aurora. Præseruat etiam a peste vsus tripheræ ex descriptione Messue: ex qua potest sumi de quinto in quintũ diem a drach. 3. vsq; ad. 4. cum vini. 3. aquæ rosaceæ. Et ad idem valet vsus theriacæ: detur tamẽ in tẽpore frigido, aut vbi aeris distemperies est frigida. In tempore vero calido, aut vbi aeris distemperies calida est, misceatur sacchari rosati tantundem. Sumaturq; cum aqua cicoreæ, blugossæ, per quinque horas ante prædiũ. Idẽ facit mitridatũ, diamuscus, diaambra, & confectio de gemmis.

DE FEBRIBVS COMPOSITIS,
TRACTATVS VN
DECIMVS.

De causis signis febrium compo-
situm. Caput. I.

QVE Madmodum simplices sunt febres, quãdo vnus ex tribus humoribus sufficienter præualuerit, ita & cõpositæ erunt, in quibus duorum aut trium humorum potẽtia apparet. Et qui simplices febres cognoscit, cognoscet & compositas. Quemadmodum qui vinum, mel, & aquã, seorsim cognoscit, si miscantur, omnium facultatem attinget. ^a Simplicēs igitur febres siue continuæ sint, siue interpellatæ, facile est à principio cognoscere. Quæ vero ex cõpositione adulterantur, difficile: saltem primo die, tertio tamen vel quarto cognoscuntur. Sicuti nullus est morbus, qui quarto die non cognoscatur. ^b Imo turpe est medico sciendi significationes & accidentia cuiusque febris, compositiones febrium primo aut secundo die nõ intelligere. ^c Et quando sic componuntur, vt horis diuersis inuadant, tunc complecti dicimus, aut febres complexas: quando vero eadem inuadunt hora confundi, aut febres confusas appellamus. ^d Tres enim sunt compositarum febrium species, intrans, coalternata, & communicans. Et intrans est, vt ingreditur vna super alteram. Coalternata, vt ingrediatur post eradicationem alterius. Communicans, vt cum ea incipiat. ^e Et omnes hæ compositæ febres siue complicatæ siue confusæ, aut in festant cum alicuius particulæ affectu, aut sine eo. Et insuper aut componuntur cum febribus eiusdem speciei, veluti si æger tres circuitus quartanos ha-

^a
Gal. 2. cris. c. xij.
col. 531.

^b
Gale. 2. cris. c. ix.
col. 524.

^c
Aul. f. l. 4. t. 4.
c. 16. col. 2.

^d
Gal. 2. dif. f. c. viij
col. 149.

^e
Aul. f. l. 4. t. 4.
c. 16.

beat,

beat, aut cum febribus diuerſe ſpeciei, veluti ſi quotidiana tertiana, aut tertiana quartana: Quandoque enim componuntur febres elongati generis, ſicuti quando hecſtica complicatur cum putrida: & quandoque componuntur febres proximæ in genere, ſicuti quando componitur febris phlegmatica cum tertiana. Et quandoque componuntur febres, non ſolum ſub eodem genere, ſed ſub eadem ſpecie: ſicuti quando due tertiana componuntur, aut due vel tres quartana. Et eo modo, quo interpellata febres componuntur, continuæ componuntur. Quamvis quidam affirmant, duas continuas componi non poſſe: quia quando humores putrefiunt intra venas, non eſt poſſibile vt diuerſificetur, illud in quo eſt putredo: quoniam putredo per totum eſt ſparſa. Contrarium tamē eſt verum. Poſſunt enim due febres continue componi, ſue miſceri. Sunt tamen difficili me cognitionis. Febris enim ſanguinis ſi cum alijs componatur, aliarum ſigna obſcurat, ita vt non cognoſcantur. Quia ex ſanguine plus eſt in corpore, quam ex alijs humoribus. Sicuti ergo lumen ſolis, quia intenſiſſimum eſt, lumen ignis priuat, & obſcurat: ita quando ſanguis putreſcit, omnes alias febres obſcurabit. Non tamen propter ea eſt negandum, febrem ſanguinis cum alijs componi poſſe: cōponitur enim cum febre colera & cum alijs. Febres tamē quæ ſæpius & magis componuntur ſunt quæ fiunt ex colera & phlegmate. Propter quod ſunt prolixæ & prauæ, & tantæ diuerſitatis, vt febris in vno die ſit calida, propter vehementiam inflammationis colera; & in alio die pigra, & ſepulta, & debilis caloris. Quod ſi febres compoſitæ ex colera & phlegmate tertiana inquam, & quotidiana in eadem horam incidant, fiet vna febris confuſa, quæ neq; tertiana, neq; quotidiana formam habeat. Et nõ ſolū due febres cōponuntur, verū tres & quatuor: quatuor tamē febres com-

f
Gal. 2. cris. c. viij.
col. 522.

g
Auiſ. l. 4. t. 4.
c. 16.

h
Iſaac. l. feb. part.
ſ. c. 21. prope ſi.

i
Aue. 3. theſ. c.
13. col. 3. in prin.

k
Raſ. l. diuiſio. c.
156.

l
Ga. 2. diſ. ſt. c. vij.
col. 142.

com-

cōponi non possunt, nisi quando duæ sunt ex humore vno, & aliæ diuersorum humorū: verbi gratia, si duæ sunt ex colera, tertia ex phlegmate, & quarta ex melancholia. ^m Et cōponuntur duæ quotidianæ, quando singulis diebus bis & similiter fit accessio. Duæ vero tertianæ, quando in duobus diebus duæ fiunt accessiones, quarum cuilibet tertio die alia sibi similis correspondet. Duæ vero quartanæ, quando vno die absq; febre ægro existenti, duobus sequētibus due accessiones fiūt. Componitur autem tertiana quotidianæ, quando primo die duæ accessiones fiunt, secūdo vero vna, tertio sequenti duæ. Componuntur autem quodiana tertiana & quartana, quando primo die fiunt tres accessiones, secūdo vna, tertio duæ, quarto tres. ⁿ Neq; in febribus compositis est attendendus circuitionis ordo, quando significatio accidentium diuersa est a circuitione. Si enim contingeret febrem vna die infestare, & alia non, accidentia vero tertianæ ibi debilia & nimis refracta reperiantur: sicuti de rigore, de calore postrigorem, cito venienti, & intensione caloris, & siti, & dolore capitis, hæc febris non sicuti tertiana est curanda: sed ex quotidianæ & tertianæ curæ mixtione. ^o Et esto certus quod multæ febres siue febrium compositiones fiunt propter debilitatem virtutis, & medici stultitiam, quando ægro plura cibaria conceduntur, quam possit digerere. ^p Quæ autem ex febribus compositis prius ægrum destituta sit, cognosces ex earum forma, duratione, magnitudine, aut ex earum antepositione, & postpositione. ^q Significabit febrem compositam, febris continua in qua adest rigor, & non sudor, aut adest cum pluribus rigoribus vnus sudor. ^r Neq; est adeo difficile, cognoscere inter mittentes cōplicas, sicuti continuam cum intermittenti cōplicitā. Et si febres cum affectibus membrorum complicentur, si simplices cognoscimus, complicationes etiam cognoscemus.

Alia

^m
Isaac. l. feb. part.
5. c. 21. prope fi.

ⁿ
Gal. l. de tipis. c.
vij. col. 366.

^o
Raf. 10. al. c. 17.

^p
Auez. 3. thei. tra
l. c. 13. inf.

^q
Ga. 2. dif. se. c. 7
col. 143.

^r
Aui. f. l. 4. l. 4
c. 16. inf.

Alia enim est cōditio febris ex inflammatione hepatis, & alia ex inflammatione pulmonis, aut lateris, & alia ex inflammatione membranarū cærebrī. Vniuersalis cura omnium compositarum febrium, cōstabit ex cura simplicium febrium eas componentium: ita vt curatio compositæ ex mixtione curationum simplicium resultet. Quauis plerunq; vna sola curatio intendatur, quando ex febribus simplicibus vna est magis timenda: veluti si aliquis pateretur quartanam, & ei superueniret alia febris, propter apostema in hepate aut stomacho aut pulmone, neglecta quartanæ cura, ad febres alias est attendendum. Propter maiorem ipsarum timorē. Dato q; per aliarum febrium curationē, quartana validior fieret. Et idem fiet quando ex pluribus vnam compositam efficientibus, altera est fallacior: ad illā enim cura vertetur, vt securior æger fiat. Quod si febres compositæ prolongentur, dabis trochiscos spodij cum sirupo acetofo. Et si videris calorem fortem, & in pulsu debilitatem & duritiem, & corpus consumi & sicari, dabis trochiscos de caphora, & post, aquam ordeii: & reges eos cura hæcticæ, infrigidando, & humectando corpus. ✓

Gal. 2. cris. c. viij
col. 522.

Raf. Lalm. c. 17

Hali. 3. pract. c.
17.

SCHOLIA.

VT bene notat Sauonarola. Practica. de febribus. c. 17. rubrica. i. humores aut vere componuntur, & miscentur, aut compositio secundum viciniam tantum fit. Et quādo componuntur, aut ex illa compositione resultat vna forma: sicuti quādo ex phlegmate & colera mixtis resultat colera vitellina, aut citrina, aut flegma falsum, in qua compositione necesse est vnum humorem alteri dominare: sicuti in phlegmate falso, phlegma, & in colera citrina & vitellina,

P p colera.

colera. Si enim æquales essent humores, compositio non posset ad vnā formā terminari. Duo enim cōtraria paria non possunt ad inuicem componi ad vnā formā teste Aristotele. 12. methaphi. commento. 23. aut humores cōponuntur non ad vnā formā, & hæc potius dicentur mixta per iuxta positionem, quando absq; vera mixtione contigua sunt. Aut quando quanuis non sint contigua, sunt tamen vicina: quam compositionem per vicinitatem optime subdividit Nicolaus Florentinus, sermo. 2. distinctione. 7. c. 8. in tres compositionis quo ad vicinitatem modos. Aut enim est compositio ex parte loci tantum, & non materiæ: vt quādo idem specie humor veluti colera mouetur ad putrefactionem in diuersis corporis locis, aut cōpositio est per materiam tantum, & nō per locum, vt quando duo diuersi humores in eodem loco mouentur ad putrefactionē iuxta positi. Tertius vero compositionis modus quo ad locū & materiam est, quando distincti humores in diuersis locis ad putredinem mouentur. Ex quibus adeo diuersis humorum cōpositionibus, necesse est varias compositarum febrium formas seu species oriri: quarum multæ referuntur à Galeno. libro de typis, & a modernis hic. Multæ tamen ex simplicibus febribus componi non possunt sicuti duæ hectica. Vt notat Nicolaus loco supra allegato. Nam si aliquo modo possent misceri, esset in casu quod in laboranti febre hectica, hectica putridam efficeret, quæ de nouo aliam distēperie æqualem membris inprimeret. Quem casum, quanuis rarū, possibilem concedit. Sed in isto casu calor æqualis siue hecticus à febre putrida causatus, vnum calorem cum præcedenti hectico efficit. Et eadem ratione nequeunt componi duæ febres ephimere, quanuis contrarium teneat Nicolaus. Cum enim ephimera morbus immaterialis sit, quantum ad hoc eandem subit rationem cum hectica. Et quia ædem rationes

nes quæ cōpositionē duarū hecticarū impediūt, impediēt etiā ephimerarū cōpositionē. Quemadmodū enim aduenienti de nouo calore in facto esse in mēbris, necessariū est, vt vnum constituat cū præcedēti: cum vterq; indepēdēs sit, ita in ephimeris contingit. Quatuor vero febres componi nequeūt vt refert Isaac. lib. febrium. par. 5. c. 25. nisi quādo duæ ex eodem sunt humore, aliæ vero duæ diuersorū humorū. Febrem etiā sanguinis cū alijs cōponi, impossibile asserit conciliator differētia. 90. & refert Thom. de Gar. 2. de differēt. feb. fo. 83. quā propositionē cōciliator duobus medijs probat. Primo quia à nullo fere authorū dictū reperitur, febrē sanguinis cū alijs cōponi posse. Secūdo quia cū sanguis abūdātior in corpore humor sit, alijsq; humorib; dominās, ita eius putredo sive extraneitas omnīū aliorū humorū extraneitatē ad se trahit. In qua quæstione anceps videtur Galen. vt refert Sauonarola loco supra citato. Cōcludit tamē ipse febrē sanguinis posse cū alijs cōplicari, vt sinochus cū continua pportionali excolera, vel phlegmate, vel melācholia. Quauis reliquæ febres quæ cū febre sanguinis miscētur, min; appareāt & significētur. Sanguinis enim respectu aliorū humorū quātitas est maxima, aliorū autē humorū adeo est minor, vt eorū putrefactio seu putrefactionis notæ parū appareāt. Ex quo tota putrefactio à sanguine iudicatur pcedere. Et nō solū febris sanguinis cū alijs febribus cōponitur, verū duæ febres sanguinis cōponi possunt. Vt notat Her. f. 1. 4. r. 4. c. 16. quādo ambæ sunt putridæ. Et febris sanguinis absq; putredine cōponitur cū febre sanguinis putridi. Nā quāuis propter aliquā causam calefacientē, totus sanguis ebulliat, propter diuersas sanguinis dispositiones, poterit in aliquib; corporis partibus febris sanguinis inflatiua, & absq; putredine procedere, per reliquas vero corporis partes cū putredine. Negat tamē posse cōponi, saltim p notabile tēpus duas febres sanguinis absq; putredine.

DE HEMITRITAEI CAUSIS SIGNIS AC MEDE- la. Caput. II.

FIT hemitritæus ex tertiana interpellata, & quotidiana cōtinua. Ex quibus tres hemitritæi species cōflātur, si enim colera p̄ istā cōpositionē phlegmati præualeat, tertianæ ac cidētia erunt maiora. Et si pituita abūdantior sit, quotidianæ symptomata præualebūt. Si vero neuter humorū alterū ex cedit, exquisit⁹ erit hemitritæ⁹. Quæcūq; vero hemitritæa febris extra hūc ordinē cōtingit, est impura. Est morb⁹ periculo plenus, interficiens, perducit enim ad hecticam, & ad febres difficiles. Et adeo periculosior & deteriorū symptomatum est quam tertiana, vt potius tertiana media pars hemitritæi dici debeat, quā hemitritæus tertianæ. Vnde alia ratione semi tertiana nuncupand⁹ est. Videlicet, quia ex duob⁹ quæ habet tertiana, puta tertio quoq; die inuadere, & ad intermissionem finire, vnā tantum habeat hemitritæus, & ex consequenti dimidium habeat tertianæ. Aut ideo semi tertiana dicatur, quia æqualiter distat, & medium tenet inter tertianā & quotidianam, in tertiana enim rigor & in quotidiana frigus, in hemitritæo vero horror, qui inter rigorem & frigus medius est, & ex prædictis febribus mediū nasciscitur. Rursus hemitritæi tres aliæ sunt differentiæ. Exiguus qui viginti quatuor horarum intervallo reuertitur: medius qui triginta & sex: magn⁹ qui quadraginta & octo. Pro maiori parte contingit viris, & florentis ætatis, & autumnō. Significat hemitritæum, quod febris vno duorum dierum sit grauior. Et in die alie. leuior accessio, & paucorum accidentium. Quod ideo contingit, quia in die prima infestat tertiana, & quotidiana, & in die secunda quotidiana rā-
tum.

^a
Ga. 2. dif. f. c. viij
col. 146.

^b
Ari. f. I. 4. t. 4
c. 17.

^d
Ga. I. mor. vulg.
cō. 3. tex. 5. col
466.

^e
Ga. 2. dif. f. c. 8.
col. 144. 145.

^f
Gale. I. de tipis. c.
iii. c. 364. 365.

tum. Est enim indie prima vehemens in secunda quieta. ^g
 Excessum autem phlegmatis significabit accessionis longi-
 tudo, & paucitas horripilationis, & frigoris, & sitis, & vrina
 alba cruda. Excessum vero colerae horripilatio intērior vel
 rigor. Imo quandoq; iteratur in ea horripilatio, propter pu-
 gnantiam contrariorum humorum. ^h Vnde putatur, quod hemi-
 tritæus ad statum peruenerit, aut ad finem: & rursus horor
 reuertitur, & pulsus fiunt minores, & tardiores, & rariores:
 & calor ab extremis recedit, & circa ventrem augetur. ⁱ Cu-
 ra cum rebus attenuantibus, & dissoluentibus fieri debet, &
 aliquantulum in frigidantibus: non tamen multum calefacien-
 tibus, neq; multum in frigidantibus. Sicuti cum succo lupuli,
 maratri, apij, māna, violis, saccharo, ptisana cum oximeli. ^k
 Maior enim cura habenda est de humoris euacuatione, per
 secessum, vomitum, & vrinam, quā de eius alteratione. Eua-
 cuare autem cum medicina exoluenti ante humoris coctio-
 nem, efficit frenesim. Non ergo detur in principio nisi me-
 dicina lenitiua: digerit autem absinthium, non tamen ante
 septimum detur, & tunc detur cum aqua ordei cum pipere.
 Remedia enim mixta esse debent, ex calefacientibus, & in-
 frigidantibus: vt virtus seu natura discernēs, in frigidantia ad
 eor, & calefacientia ad attenuandum humorē vehat. ^l Quod
 si fuerit magis de colera in frigidatio erit maior attenuatio-
 ne. Sicuti ex endiuia, succo maratri, rōdo saccharo, violis,
 prunis. Si autem fuerit magis de phlegmate, attenuatio fit
 maior. ^m Sicuti cum aqua mellis, aut oximeli calidis, aut pti-
 sana: in qua coquantur radices apij, anethum calamentum.
 Et vbi phlegma dominatur, detur mel rosaceum cum aqua
 apij & feniculi. Post humoris coctionem his pillulis purgan-
 dum. R. hieræ picrae, calamenti, ana. drach. 5. anisi, maratri,
 apij succi absinthij, succi eupatorij, ana. drach. 4. cum succo
 sumiterræ fiant pillule: ex quibus summatur, drach. 1. Post

Scrapio. tract. 6
c. 16.

h
Aui. f. 1. 4. t. 4. e
18.

i
Gale. 2. cris. c. ix
col. 524

k
Isaac. 3. practi. e.
34.

l
Aui. f. 1. 4. t. 4. e
19.

m
Scrapio. tract. 6. c.
16.

Isaac. 3. practic.

34-

Serap. tract. 1. 6.

e. 16.

quod cōueniunt trochisci de Absinthio, de lacca cū succo apij, endiuiz. Quod si colera vincat phlegma, euacuatio fiat lenis cum manna, cassia in aqua prunorum. Et si æqualiter sūt de phlegmate & colera, fiat euacuatio cum re, media inter medicinam fortem & lenem.

SCHOLIA.

AN febrēs quæ ex phlegmate & colera fiunt, longiores sint, his quæ ex phlegmate solo? Galenus. 2. de differ. feb. c. 8. col. 149. tertianam extensam ad viginti quatuor horas, imo ad triginta, & quadraginta, prorari posse affirmat: ad quas quotidiana febris non attingit. A nullo enim dicitur, decem & octo horas transcendere, & eandem sententiam tenet Auicena. f. 1. 4. t. 2. cap. 37. & idem Auicena. f. 1. 4. tract. 4. de hemitritæo, hemitritæum ad septem menses extendi asserit: & tertianam non exquisitam vidit Galenus autumno incipere, & ad ver desinere, vt ipse refert. 1. de arte curat. c. 8. colu. 374. ad quod tempus quotidiana non prorogatur. Quam conclusionem doctor quidam pissanus nomine Albertus verissimam putat. Quia colera phlegma profundat, & in angustiores meatus penetrare facit, ad quos sine colera penetrare non posset: ex quo ineptius & difficilior fit resolutioni. Et insuper phlegma profundatum, fit causa maioris profundationis coleræ. Et eandem conclusionem confirmat, quia natura longiori tempore æget, ad vincendū humores etherogeneos (quales sūt in hemitritæo & tertiana non pura) quam ad vincendum homogeneum humorem, qualis est in quotidiana. Et huic conclusioni fauere etiā videtur Hippocra, & Galen. sententia. 2. prognos. c. 3. text. 23.

vbi

vbi Hippo. de ictione verficolorē, vel multos humores
 siue affectiones indicantem, diuturnum morbū efficere af-
 firmat: vbi Galenus hæc verba profert. Et ob eam rem tra-
 ctu tēporis ad coctionē eget. Si enim multæ existūt affectio-
 nes, aliquas earū diutinas esse verissimile est: natura enim cū
 multis pugnatura inimicis, multū tēporis consumat necesse
 est. Et eandē sententiā ponit Gal. apho. 4. apho. 40. cuius ver-
 basunt, variæ dispositiones diuturniores sūt quā quæ sūt vni
 modi: cū nō possit natura paruo tēpore multas cōficere dis-
 positiones. Quibus non obstātibus contrariā sententiā verio-
 rē credo. Quæ expresse tenet Auicē. fir. 4. t. 4. c. de signis he-
 mitritæ: cuius verba sunt. Et stat9 quidē hui9 ægritudinis in
 horis particularibus & vniuersalibus est ante statū phlegma-
 ticæ, & velocior statu eius. Et eadem sententiā expresse col-
 ligitur ex Galeno. 2. de differ. feb. c. 8. vbi Gale. coleræ velo-
 citatem cohibere dicit, & obtūdere phlegma. Pituitæ vero
 tarditatē & hebetudinem excitare bilē. Quibus verbis cla-
 re colligitur, coleram ad phlegmatis velociorē motū, atq;
 eius resolutionē, multū pdesse. Et cōfirmatur. Quia si febres
 ex colera & phlegmate lōgiores essent, quā ex phlegmate
 solo, quotidianæ febres & quartanæ quæ impuræ & nō ex-
 quisitæ sunt, longioris essent durationis, quā ipse met puræ
 exquisitæ. Quod est expresse contra Gale. 1. de arte cura. ad
 Glauco. c. 8. vbi quartanas & quotidianas puras, longas esse
 affirmat: impuras vero & non exquisitas breuiiores. Ex quo
 sequitur febres mixtas ex colera & phlegmate breuiiores ef-
 se, quā ex phlegmate solo. Quod si aliquādo hoc fallere vi-
 deatur, illud erit, quia cætera in quibus fit cōparatio, nō sunt
 paria: ob id scilicet q̄ in febre ex colera & pituita maior sit
 quantitas humoris, quam in febre ex pituita. Quod pluries
 continget: nam verissimile est, ex duobus humoribus v-
 nam febrem efficientibus, maiorem quantitatem esse, quā
 ex vno solo. Vnde ratione maioris quantitatis humoris
 con-

322 DE FEB. COMPOSITIS TRAC. VNDE.
concoquendi in febre ex colera & phlegmate (quanuis colera ad velociorem motum, & resolutionem phlegmatis adiuuet) longiorem morbū efficiet. Quod etiam continget, si frigidi humores qui comparantur, quanuis in quantitate sint æquales, sunt tamen inæquales in qualitate. Veluti si febris ex phlegmate & colera, ex phlegmate sit crasso & tenaci, febris vero ex phlegmate solo, ex phlegmate sit subtiliori, & resolutioni aptiori. Et eadem continget fallentia & exceptio, ex alijs diuersitatibus & disparitatibus in cõparatis. Vt si patiens febrem ex sola pituita, potentiorē habeat virtutem, aut poros magis latos, quã qui ex colera & phlegmate febricitat. Vt enim colligitur ex Galeno. 2. de diff. fe. c. 5. lōgitudinem aut breuitatem accessionum faciunt humoris multitudo, aut qualitas ipsius, vigor in super aut imbecillitas virium, aut ipsorum ægrorum dispositio.

Laus Deo.

SECRET

The following information was obtained from a review of the files of the [redacted] and is being furnished to you for your information. It is to be understood that this information is being furnished to you on a "need to know" basis and is not to be disseminated outside of your office.

[The remainder of the page contains several paragraphs of text that are extremely faint and largely illegible due to the quality of the scan. The text appears to be a memorandum or report detailing some form of investigation or administrative action.]

ERRATA.

Pagina. Pro. lege.

Pag. 5. lin. 19. per nobilem pernobilem. pag. 9. lin. 12. accendente pccocente. pag. 10. lin. 1. infrens
res in hentes. pag. 20. lin. 19. de victa deuicta. pag. 21. lin. 14. velit veit. pa. 26. lin. 13. motti to.6.
pag. 29. lin. 23. in venire iuvenire. pag. 29. lin. 14. adorandi odorandi. pag. 32. lin. 10. de iugernas
tans de super atans. pag. 36. antep. in in imit. pag. 37. lin. 5. princio principio. pa. 39. lin. 13. Quu
qia n. pag. 39. lin. 15. lin. 22. illi. quo illico. pag. 42. lin. 10. pag. 42. lin. 2. velit veit. pag. 45. lin. 11.
aliquater aliquater. pag. 46. antep. sunt sunt. pag. 47. lin. 1. durate durate. lin. 15. nauit auia nou
feattia. pa. 47. lin. 21. alia. lin. 22. illiquo illico. pa. 48. lin. 14. roma roppa. 40. lin. 5. dit it. pa.
51. lin. 22. 3. dolere 3. tollere. 52. lin. 15. gudio gaudio. 54. feruatur feruatur. pa. 51. lin. 23. illu. alu. pa.
55. lin. 27. matu. partiu maius partu. pag. 57. lin. 19. breafissime breafissim. 59. lin. 2. nestione ne
pa. 60. lin. 5. photomia phlebotomia. pa. 62. lin. 1. c. facanda (secanda. pa. 61. lin. 11. respicendu respi
ciend. pag. 67. lin. 5. xruetua xrueta. pa. 77. lin. 15. nauit auia nauit auia. lin. 19. auentis 3. venis. pag.
78. lin. 1. ni in. pag. 78. lin. 21. 25. redditum reditum. pa. 78. lin. pen. ad ab. pag. 10. lin. 2. el auetur ele
uatur. pag. 81. lin. 16. euacut euacut. pag. 91. lin. 17. iuuenis in venis. pag. 92. lin. 13. ro vero. pag. 92.
91. lin. 1. impropriz impropie. lin. 2. aominatur nominat. pag. 91. lin. 13. padis padis. pag. 92. lin.
13. fieret fe fieret secunc. pag. 95. lin. 23. effediuze effediuze. pag. 103. lin. 10. frustra frustra. pag. 102.
lin. 16. nimiu nil mtru. pag. 103. lin. 23. datur dat. lin. 27. decidit decidit. pa. 106. lin. 9. frustra
frustra. pag. 107. lin. 2. immodicaz immodice. lin. 26. contictioz contictioe. pag. 102. lin. 1. ab ve
cinum vacinum. pag. 110. lin. 11. rafato rofato. lin. 20. cogent ocogent. pag. 111. lin. 7. adorat
edorare. pag. 113. lin. 12. fuffe fuffer. pag. 114. lin. 2. mar 3. mar. antep. ntionem trit. onu. pag.
116. lin. 1. temperatus temperas. pag. 116. lin. 13. deglutit id glute. pa. 114. lin. 22. extramit
extranc. pag. 119. lin. 24. eit 3. pag. 122. lin. 4. auicindit incidit. pa. 122. lin. 1. profluu. pro
fluu. pag. 128. lin. 17. fere ferre. pag. 131. pi. ethen. Athenso. pag. 132. lin. 10. mites mites
lin. 12. r. era. pag. 133. lin. 6. baillun vallum. pag. 140. lin. 7. pa. uo. parum. lin. 1. di. ad. de. ad.
pag. 146. lin. 3. ebullue ebullies. lin. 21. exit erit. pag. 146. eli. virtus virtus. pag. 150. lin. 2.
fasant atis in lazaris. lin. 15. infans in fanis. pag. 157. lin. 3. curatio. 3. per curatio. per. lin. 16.
vellis velis. pag. 174. lin. 20. fucco fucco. pag. 179. lin. 17. album alium. pag. 186. lin. 10. ponites
spondites. lin. 27. vere vero. pag. 184. lin. 17. obta. erit cõfeterit. pa. 186. lin. 1. Primula Primula
3. pag. 186. lin. 26. porritat proritat. pag. 186. lin. 21. lin. xio limito. pa. 190. lin. 19. uis velis
pag. 193. lin. 12. radibus radibus. pag. 194. antep. huerno hyberno. uis. aquiter aliquiter. pa.
192. lin. 6. impropiz impropie. pag. 197. lin. 25. curum tatum. pag. 198. lin. 1. albus alium. pag.
199. lin. 21. extrauens extra venas. pa. 190. lin. 23. eaus Valenus. pag. 199. lin. 1. uictio uictio
to. antep. Ardem Bedem. pag. 199. lin. 23. gitor geritor. pag. 199. lin. 12. uictio uictio. pa. 199.
lin. 5. extrauens extra venas. pag. 199. lin. 21. & de 3. pag. 199. lin. 11. iniquo iniquo. pa. 199.
lin. 17. 3. cubus aculus. pag. 200. lin. 23. infriditer intratater. pag. 212. lin. 1. potine in potine
ne. pag. 214. lin. 19. deupatorio de upatorio. pag. 217. lin. 11. febrer febris. pag. 217. lin. 12. uictio
ginea magis in ea. pag. 218. lin. 2. li tyru. pag. 220. lin. 3. uentolator uentolator. lin. 21. totu proou
pag. 227. lin. 21. uictio in uictio. pag. 231. lin. 5. profadit profadit. lin. 25. equatione equa. uatione.
pon. sipetis sipet 5. pag. 231. lin. 27. friffi. 231. lin. 2. quatuor quatuor. 23. 2. pa. 231. lin. 16
hinc ualano. pag. 232. lin. 22. upatorio eur. torio. 3. 2. lin. 9. 6. Gmeti. 23. gmeti. 23. gmeti. 23.
lin. 4. upatorio eur. torio. pag. 236. lin. 22. eue. ene. 23. 2. 0. lin. 5. factis. factis. 23. 2. pag. 64.
lin. 12. reddit redit. pa. 238. lin. 10. 3. ad to. 3. fuit. pa. 238. lin. 2. uictio uictio. pa. 238. lin. 1. uictio
miram. mi. uictio. pag. 240. uictio. per. uictio. per. uictio. per. uictio. per. uictio. per. uictio. per. uictio. per.
tribus in uictio. 240. lin. 26. 2. uictio. 26. 2. uictio. 26. 2. uictio. 26. 2. uictio. 26. 2. uictio. 26. 2. uictio.
29. uictio. 29. uictio. 29. uictio. 29. uictio. 29. uictio. 29. uictio. 29. uictio. 29. uictio. 29. uictio. 29. uictio.
29. uictio. 29. uictio. 29. uictio. 29. uictio. 29. uictio. 29. uictio. 29. uictio. 29. uictio. 29. uictio.
30. lin. 1. AD. AC. lin. 7. uictio. 30. lin. 12. uictio. 30. lin. 12. uictio. 30. lin. 12. uictio.

En Madrid a trece de Noviembre, de año quinientos y ochenta y tres años.

Juan de Arce, de Salazar.

INDEX OMNIUM TAM CAPITVM
quam tractatum quæ in hoc opere
continentur.

D E febrium essentia.	trac.1.cap.1.pag.9
DE febr.different.	trac.1.ca.2.pag.13
De febr.in vniuer.cau.	trac.1.cap.3.pag.22
De febr.in vniuer.fig.	trac.1.cap.4.pag.29
De febr.in vniuer.cur.	trac.1.cap.5.pag.37
De febr. ephi.cau.fig.	tra.2.cap.1.pag.46.
De febr. ephi cur.	trac.2.cap.2.pag.58.
De feb.conti.abſq; put.cau.fig.cur.	trac.3.pag.79.
De febr. hecti.cau.	trac.4.cap.1.pag.88
De febr. hecti.fig.	trac.4. cap.2. pag. 98
De febr. hecti.cur.	trac.4. cap.3. pag. 104
De febr. maraf.cau. fig.	trac.5. cap.1. pag. 121
De febr. maraf.cur.	trac.5. cap.2. pag. 126
De febr.put.in vni & f.ſan.cau.	trac.6. cap.1. pag. 129
De febr.put.in vni.& f.ſan.fig.	trac.6. cap.2. pag. 140
De febr.entiũ feb.putri.cibatione.	trac.6. cap.3. pag 145
De febr.put.in.vni.& f.ſan.cur.	trac.6. cap.4. pag. 155
De febr. arden.cau.fig.	trac.7. cap.1. pag. 177
De febr. arden.cur.	trac.7. cap.2. pag. 184
De febr. colliqua.cau.fig.cur.	trac.7. cap.3. pag. 191
De febr. tertia.cau.	trac.7. cap.4. pag. 195
De febr. tertia. fig	trac.7. cap.5. pag. 203
De febr. tertia. cur.	trac.7. cap.6. pag. 209
De feb. ſyn. minu.cau.fig. cur.	trac.7. cap.7. pag. 221
De feb. ſyn. humo.cau.fig. cur.	trac.8. cap.1. pag. 226
De febr. quoti.cau.fig.	trac.8. cap.2. pag. 232
De febr. quoti. cur.	trac.8. cap.3. pag. 239
De febr. hepia.cau.fig. cur.	trac.8. cap.4. pag. 249
	* De febr

De febr. lipyrie. cau. sig. cur.	trac. 8. cap. 5. pag. 254
De febr. quarta. cau. sig.	trac. 9. cap. 1. pag. 258
De febr. quarta. cur.	trac. 9. cap. 2. pag. 266
De febr. quint. sex. sep. no. cau. sig. cu.	trac. 9. cap. 3. pag. 277
De febr. pestilen. cau. sig.	trac. 10. c. 1. pag. 284
De febr. pestilen. cur.	trac. 10. ca. 2. pag. 291
De febr. composita. cau. sig. cu.	trac. 11. cap. 1. pag. 302
De febr. hemitrex. cau. sig. cu.	trac. 11. ca. 2. pag. 308

FINIS.

INDEX OMNIUM SCHOLIO-

rum quæ in hoc opere
sunt.

In febr. essentia	Scho. pag. 11
In febr. differen.	Scholia, pag. 18
In febr. in vniuer. cau.	Scho. pag. 25
In febr. in vniuer. fig.	Scho. pag. 32
In febr. in vniuer. cur.	Scho. pag. 39:
In febr. ephime. cau. fig.	Scho. pag. 54.
In febr. ephime. cur.	Scho. pag. 70
In febr. conti. absq; pu. cau. fig. cur.	Scho. pag. 83
In febr. hecti. cau.	Scho. pag. 91
In febr. hecti. fig.	Scho. pag. 101
In febr. hecti. cur.	Scho. pag. 114
In febr. marasm. cau. fig.	Scho. pag. 124
In febr. marasmo. cur.	Scho. pag. 128
In febr. pu. in vni. & feb. san. cau.	Scho. pag. 137
In febr. pu. in vni. & f. san. fig.	Scho. pag. 143
In febr. entium. feb. pu. cibatione.	Scho. pag. 150
In febr. pu. in vniuer. & feb. san. cur.	Scho. pag. 167
In febr. arden. cau. fig.	Scho. pag. 182
In febr. arden. cur.	Scho. pag. 187
In febr. colliquati. cau. fig. cur.	Scho. pag. 194
In febr. tertia. cau.	Scho. pag. 200
In febr. tertia. fig.	Scho. pag. 206
In febr. tertia. cur.	Scho. pag. 217
In febr. syncop. minu. cau. fig. cur.	Scho. pag. 223.
In febr. syncop. humo. cau. fig. cur.	Scho. pag. 229
In febr. quoti. cau. fig.	Scho. pag. 236
In febr. quoti. cur.	Scho. pag. 245
In febr. hepial. cau. fig. cur.	Scho. pag. 252
	In febr.

In febr. lypir. cau. fig. cur.	Scho. pag. 216
In febr. quarta. cau. fig.	Scho. pag. 264
In febr. quarta. cur.	Scho. pag. 273
In feb. quin. sex. sept. nona. cau. fig. cur.	Scho. pag. 280.
In febr. pestilen. cau. fig.	Scho. pag. 286
In febr. pestilen. cur.	Scho. pag. 294
In febr. compositi. cau. fig. cu.	Scho. pag. 305.
In febr. hemicri. cau. fig. cur:	Scho. pag. 310.

FINIS.

Stam
Merca





